

Disputa

in

Imperio
Pace

Legitima.
Mutua
Majestas
Academij
Feudalis.

RIEME

Juridica
deca
can.

de la
veria

Sammelbd 4

U. q. 19,4

AVSPICIO DEI TER OPT. MAX. 10

Scitu & auctoritate Ampliff. Jctorum Ordinis in illustri Salanâ.

Vt mori majorum statutorumq; prescripto pareatur.

DISCEPTATIONEM

De

BONÆ FIDEI
JUDICIIS.

*Pro ingressu, seu, ut vulgo, pro Loco in florenti-
tiß. Facultate Juridicâ consequendo*

Publico examini subijciet

OSVALDUS HILLIGERUS

J. U. D. & P. P.

Addiem 28. Septemb.

*In auditorio Jctorum horis à sextâ
promeridianis.*

J E N Æ

Typis Johannis Beihmanni.

Anno M. DC. XVI.



*Generosa Nobilitate conspicuo, Divinarumq;
largitionum dotibus locupletissimo Vi-
ro Domino*

GEORGIO à VVERTHERN,
inibi ut & ditionum Beichlingen/ Wiehe/
Srondorffond Brucken domino, Sacrae Cæs. Ma-
jest. Sanctiq; Imperij Rom. Archicubiculi custodi
hereditario, illustriss. ac Celsiss. Saxon. Juliae Cliviae &
Bergae Duci JOHANNI ERNESTO JUNIORI,
Domino meo clementiss. à ratiociniorum
aliisq; consiliis secretioribus, &c.

Patrono meo summè observando

Hoc quale quale grati animi monumentum

Officiosus Cliens

Libens meritò

Offero

OSVALDUS HILLIGERUS JC.



THESIS I.



Commentaturus aliquando *συν' θεῶν* accuratiora quædā (si quod modò accurati nostra, Divinâ adjuta ope, elaborare potis erit industria) in subtilem pariter ac elegantem *Bonæ ac malæ fidei* materiam, non alienum aut instituto præsentis indignum putavi, si veluti præmittendo quoddam *ἀποσπασμά-
λον* seu potius avulsæ illius particulæ rudiorẽ *ὑποτύπωσιν* de *Bonæ fidei judiciis* aliqua haut forsan omnino proletaria perstringerem, disquisitioniq; publicæ subijcerem.

II. Neq; enim partitio illa quâ actionum quædam bonæ fidei quædam stricti juris Imp. Justin. dicuntur haut magni momenti quod Dion. Goth. asserere ausus est; sed nobilis, insignis, cæteris illustrior & quæ inter omnes actionum distributiones facilè principatum mereatur, ut meliùs Baldwin. Sneider. Alex. Turamin. ac alij. quæq; ratione usus eximii quæ etiamnum obtinere eam convenit ac fas est, se ipsam commendet.

III. Neq; appellationes illæ nudas actionum qualitates externas denotant, quæ illis jam antea existentibus accedant, aut notam & insigne quoddam eis addant, sicuti bonum poëma & poëma simpliciter specie non differunt, quod Ant. Massa Galefius aff. Sed ducta ea ex primævâ negociorum substantiâ, propriaq; eorundem ac essentiali differentiâ, ut inferiùs ostendetur.

IV. Non omnia tamen hæc divisio actionum genera cõplectitur, ceu plerisq; omnibus persuasum est, sed actiones solùm in personam, & quæ mistam causam obtinent; quin nec has omnes, verùm ad eas solùm pertinet, quibus de fide datâ agitur, vel quæ circa fidem præstandâ versantur. Quæ nẽpe ex hujusmodi ortæ negociis, quæ vel in contractus causam ac nomen abeunt, vel saltem eidem propinqua & affinia.

Cujus sententiæ auctorem (ne quem suo fraudari velle videar, licet prius sic statuerim ipse quàm alios idem sentire nossem) primum quidem deprehendi Reinerum Bachovium, JC. in Acad. Heidelberg. non postremi nominis. Eam ipsam nuperius in noviss. Chiliadis parte proposuit acutiss. Ant. Fab. Uterq; licet pauciss. & veluti suspensio brachio attigerit. Et hic quidem non in anterioribus solùm suis, sed & tanquam sui ipse immemor, illo ipso tomo & in seqq. quidem pluries alias actiones strictas item, stricti judicij appellat. Sed rationibus agamus.

V. Quandoquidem actiones aliæ hujusmodi notas non recipiunt. Neque alias aptè dixeris stricti juris & judicij, si oppositio bonæ fidei probè constat, quàm in quibus & ipsis bona fides spectari & attendi per rerum conditionem possit. Cùmq; delicta, dominia, possessionem, servitutes &c. stricti juris vel non bonæ fidei ineptè dici quilibet animadvertat, neq; magis act. inde productis, ceu effectui, ex causâ promananti, istam appellationem convenire consequens est, quemadmodum lapidem cœcum esse aut ratione carere haud aptè dixeris. Talem quippe effectum esse oportet, qualis causa est. Et prius hîc est, ut contractus negotiorumve bonæ fidei sit, quàm quæ inde descendit actio. Neq; alia ratio est cur actiones bonæ fidei quàm quia talia negotia è quibus cõpetunt, de quo infra. Quare res ipsa non finit has appellationes ultra conventionũ & finitimorum negotiorum terminos evagari. Nam & in petitione hereditatis, quatenus præstationes personaels habet & mixta est, fides mutuò data censetur. Quod a. in act. in rem multum interest reus bonâ an malâ fide possideat aliò planè respicit.

VI. Neq; ullibi, credo, in jure ostendes stricti judicij actiones aliis exemplis declarari. Sed & quæ præstationes sunt bonæ fidei judiciorum præcipuæ, quæ inter utrasq; sunt & traduntur differentiæ haud aliis facilè aut aptè actionibus accommodabis.

VII. Accedit quod plures sint actiones non dico quæ ex bono & æquo introductæ dicuntur (id namq; non impedire quò minus stricti juris dicantur agnosco, veluti condictio ob
rem

rem dati, item indebiti) sed & insuper in bonum & æquum conceptæ ac in id dari quanti æquum judici videbitur; Ut injuriarum, desepulcro violato, adversus judicem qui malè judicavit, adversus eum cuius ex ædibus quid dejectum vel effusum; adversus deniq; eum qui feram habet quæ nocuit. Hæ stricti juris non commodè dicentur, cum non adstricta in ijs sit judicis potestas formulæ aut petitioni, sed eius officium æquè, etsi non pariter omninò, laxius ac liberius. Unde in eo bonæ fid. judiciis illas convenire Hortom. statuit. Nec bonæ fidei tamen sunt, quia nusquam alter alterius fidem secutus.

II X. Neq; absurdum particularem divisionem ab Impatore proferri. Non enim pro universali eam venditat. Quincavtio est illi non ita loqui uti cum primam divis. proponit: *Omnium actionum divisio in duo genera deducitur* aut ut de eadem Ulpian. *Actionum genera sunt duo*, aut ut de proximè præced. Imp. *Omnes actiones vel in simplum conceptæ sunt &c.* Sed eadem aut consimili loquendi formâ utitur quâ Ulp. alibi tradit *actiones quasdam esse ex contractu quasdam ex factis quasdam in factum*. Ecquis verò eam omnium act. partitionem dicet nisi qui cum ratione insaniat? Sic & divisio illa Justin. postrema *quod actionibus quibusdam solidum persequamur quibusdam minus* ex ipso contextu pertinet tantum ad act. quæ ex contractu. ut Hortens. notat.

IX. Absoluta quoque hac doctrina dum subdit Imp. *Præterea quasdam act. arbitrarias appellamus* novam distinctamq; divisionem haberi statuo cum A. Fabro qui separari illic tractatum de arbitrar. act. q. nihil commune habentem cum cæteris scribit. Licet idem nec in eo sibi ipsi satis constet non minus in posteriorib. quam in anterioribus. Atq; hoc quidem dudum etiam sensit Cornel. Vibulanus. Proinde supervacua plurimorum acris contentio de quâ post Accurs. veterib. novioribusq; litigiū, bimembris an trimembris sit Imp. divisio, num arbitrariæ sub strictis act. contineantur, an tertiam propriamq; speciem, ejusd. tamen generis proximi, constituent. Posterius Accursio & sequacibus Donell. item Gifan. Hortens. Galefio. An. Fab. Borch. &c. prius v. istud Coras.

Cujac. Vult. Marc. Lyclamae alijsq; perſvaſum eſt: Sed de his ſatis.

X. Conſtitui autem, nunc de bonae fidei tantum judiciis agere nec, de ſtrictis una, niſi quatenus cognatio materiae exiget ad illa perfectius cognoscenda. Eſi vero certis ſingula capitibus digere forſan expeditius videri queat, placuit tamen in praesentiarum omnia ad unius definitionis verba revocare, quae methodo exactiore, pleniore ſtilo, ſi vitam viresq; praepotens ſuggeſſerit, in juſto opere cum reliquis perſequar.

XI. Bonae fidei igitur judicia ſunt actiones in perſonam, quibus invicem experiri licet de eo quod alterum alteri ex bona fide praestare oportet. Unde libera potestas judici permiſſa ex bono & aequo aestimandi quantum aetori reſtitui debeat.

XII. Conſtata haec definitio partim ex J.C. Caij partim ex Imp. Juſtin. verbis, quorum illa cauſam magis & negotia unde oriuntur, haec vero effectum exitumq; reſpiciunt.

XIII. Conveniens ea ſatis rei intelligenda, opinor, licet pro perfecta penitus venditare non auſim. Sed nec nimis hic anxium eſſe bilime Logicam ſcrupuloſius exigere convenit.

XIV. Novi omnem definit. in jure periculosa eſſe auctore Javoleno. Quem de definitione Logicam recte accipi ab Alc. Tiraq. Charonda, Deciano, Galeſio Valent. Forſt. Vult. Ehem. Freher. Pinello alijsq; ſemper credidi, non neſcius de regula alios interpretari, cum quibus Budae. Coraſ. Vigl. Cujac. Hot. Donell. Forner. Briſſ. Røevar. An. Auguſtin. Mercer. Vigel P. & Ant. Faber, Muret. Fachinae. Paurmeiſter. &c.

XV. Quidni? An non in quacunq; ſcientiam etiam peritiffimos in definiendo errare comperimur. Ipius certe naturae genij & ſapientum doctoris (ſic eum Cujac. vocat) Ariſtotelis teſtimonio χαλεπώτερον κατασκευάζειν ἢ ἀνα-

σκευά-

σχευάζειν ὕγον. Quod si in Philosophiâ quoq; obtinet, magis utique in jure ob multiplicem actuum negotiorumq; diversitatem. Neq; nobis vel Gilken. vel An. Fab. persuadebit Jurispr. esse scientiam propriè sic dictam. Sed ad rem.

XVI. Dixi ACTIONES IN PERSONAM. Quib. verbis mixtas non excludo. Mixta. n. sub simplicibus comprehendi in quacunq; dispositione ex mente illius Tiraq. ostendit. Et qui simplex intelligit, idem quoq; id quod ex simplicibus concretum, quod uno ore fateri interpp. refert Vult.

XVII. Dixi QUIBUS INVICEM EXPERIRI LICET. DE EO QUOD ALTERUM ALTERI PRÆSTARE OPORTET. Quæ verba JC. Caij satis mihi probant rectissimè hanc potiss. vel unicâ normâ dignoscèdi bonæ fidei judicia statui, quod ultro citroq; in ijs obligatio & actio vel saltem præstationes mutua. Ubi nimir. mutuum negoc. geritur ex quo sic unus tenetur ad præstandum, quid alteri, ut huic vicissim alter aliud præstet, vel ad id præstandum sit obstrictus. Id ipsum verò in omnibus bonæ fidei negocijs evenire singulatim ferè ostendemus, veramq; deinceps rationem eruere studebimus, cur hæ præ alijs actionibus bonæ fidei dicantur.

XVIII. Enimverò quod actiones certæ bonæ fidei sunt non aliunde quàm ex causis earum negocijsq; dependet. Nec alia ratio est propinquior, cur hæ vel illæ act. tales, quàm quia tales & earum causæ.

XIX. Contractus namq; certi, nec alij quàm quibus mutuo fides data, vel habetur data, non minus bonæ fidei epitheton nacti leguntur per pluribus tum Dig. tum Cod. locis. Proinde propriè omninò, nec audiendi qui impropiè eam appell. tribui contractibus contra tot apertas sententias, contraq; rationem ipsam, prodidere. Errant & illi qui bonæ fidei contractus dici putant non intuitu bonæ fid. sed respectu actionum quæ ex ijs nascuntur, contractus enim ordine naturæ prior quî appell. ab actione, mater à filiâ, fortietur? Errat deniq; Ant. Massa Galef. qui aliâ ratione contractus, aliâ judicia b. fid. dici docet, illorum differ. superesse horum sublatam esse sentiens.

XX. Immò

XX. Immò non alia norma dignoscendi negocia quibus bona fides inest, seu bonæ fidei contractus (nil enim vetat, ea sic vocare cum & usu juris quasi contractus & finitimi actus ita appellentur) ab aliis quàm quod in illis fides mutuo data, vel intelligitur data. Seu bonæ fidei actus is est qui Græcis dicitur *συνάλλαγμα* quem Labeo & ex eo Ulpian. absolute contractum vocat, ab acto, quo stipulationem & numerationem (quæ in mutuo & promutuo) refert, secernens, definiensq; ultro citroq; obligationem. Quo ipso ex unâ sanè parte nomen contractus generalius (quod mutuo & stipulationi æquè convenit) ad speciem revocatur, cum verba generalia aliis finitimæ significationis juncta specialia fiant, ut ait Donell. Ex aliâ v. quod ille omittit, extenditur ad quasi contractus mutuæ præstationis ac negocia affinia, cõplectens precarium tutelas, negotia gesta & rerum communionem. Eoq; ipso significato (nimir. partim restrictè partim largè) idem Ulp. voc. *Contractus* usurpat, dum diversam doli culpæ diligentia & casuum fortuitorum præstationem exponit. Neq; enim illic de aliis quàm de bonæ fidei negotiis agit.

XXI. Fides autem mutuo datur vel verè, & aut utrinq; nominatim ac expressè. Quò referendi ex nominatis contractibus Emtio: Venditio, Locatio Conductio, contractus Emphyteuticatus & Societas. Ex quibus utrinq; act. directæ (nominatas vulgò vocant quod A. Fabro displicet, nec nobis admodum placet) ex emto, vendito, Locato conducto, pro socio, ex Emphyteusi.

XXII. Planè communis interpp. schola proximam hanc, quod non connumerata sit reliquis ab Imp. Justin. ad act. stricti juris ablegat, teste Vult. qui eidem accedit, uti & Valascus &c. Verùm b. fid. illum contractum esse non tam auctoritas Connani Donell. & Bargal. fulcita hoc argumento: Quia inter veteres constitit eum aut emtionis aut conductionis titulis adijciendum; licet utrum esset ambigeretur Consequitur ergò bonæ fid. existimatum fuisse. Lex a Zenoniana quæ propriam illius statuit naturam, vim veterem non minuit

minuit sed auxit: quàm juris ratio mihi persvadet; quia mutuae hic praestationes.

XXIII. Innominati omnes. Veluti Permutatio. Quæ innominatus contractus: Non quia omnium primus, ut Henric. Heidec. nec quod in nomen hoc non antea trãseat quàm re sequuta ut Don. nec q̄ appell. eius non cõtractum significet sed causam ex qua constituitur ut A. Fab. neq; quod nomen habeat ex usu hominum, non ex jure ut Vult. nec quod forma eius planè confusa ac indigesta ut Gœd. Sed quia nomen hoc non speciale sed generale, uti commercii, quod ad omnes eos contractus extenditur, quibus res merces operæ vel inter se vel cum iis pecunia commutatur. Nam & emptio venditio permutatio quædam auctore Philosopho. Et si *ἀντιδωρεῶν* accepta veluti genus hoc quoddam esse permutationis Ulp. docet. Quin universum ob rem dati (ubi rei appell. etiam facta veniunt) tractatum genere permutationis contineri Vacon à Vacuna ostendit.

XXIV. Contractus æstimatorius, seu quo res æstimata vendenda datur. Reliquæ item species articulorum do ut facias, facio ut des facio ut facias.

XXV. Non addo do ut des. Nam eum contractum à permutatione in specie accepta alium non esse cum Cujac. Coraf. Don. Gœd. Vaudo, P. Grangian. Fortun. Garcia & eorum asseclis statuo. Explicitum namq; dicit Paulus articulum do ut des, neq; tamen ibi nisi de permutatione egerat. Nam nec vulgaris Accursianorum, Vulteio probata & Fachinao, diff. subsistit, statuentium permutationem si eiusdem generis res comutentur, do ut des si diversi; quia immò & in diversis permutationem esse constat. Veriorq; Nervæ & Proculi sententia quod si togam dedi ut tunicam acciperem, vel ære ferro hominibusq; vinum commutem permutationem iniri. Neq; quã post A. Fab. noviores amplectuntur quod do ut des non requirat antecedent. conventionem: Permutatio v. sine placito nõ fiat. Quia immò permutatio ex re traditã initium præbet obli-

B

gatio-

gationi, nihilq; ad essentiam vel constituendam vel varian-
dam confert præcedens pactio, quæ à contractu alia est, sicuti
& pactû de vendendo à venditionis contractu diversum est.
Neq; quam idem A. Fab. commentus est, quod permutatio
non antea dicatur quàm cum utrinq; res intervenit, ut sic
contractus do quia dedisti, cuius q. principium sit contractus
do ut des, quando ab unâ solùm parte res data est. Quid enim
tunc superesse facilè potest quo de agatur; quis item tunc
pœnitentiæ relinquetur locus? Nam si res aliena data, ubi
agi potest ad id quod interest, Pedius ait nullam contrahi
permutationem. Et ideo rei interventum exigit Paulus, quia
aliàs sequeretur nudo consensu oblig. constitui. Non igitur
ab utrâq; parte implementum requiritur, sed sufficit ab unâ.
Quæ contra obijcit Faber diluere hîc locus non est quæ
in actu disput. diluemus. Quæ verò strenuus illius, ut sibi
videtur, propugnator, ut nobis simia ineptus, & vel ob effre-
natam maledicendi proterviâ quâ omnes omniû sæculorûm
Momos vincit, bonis meritò omnibus exosus, profert, leviss.
sunt & cassâ inania nuce, licet plurimas paginas impleant.

XXVI. Addo a. vel non excipio Facio ut des. Neq; enim
ejus in hoc diversa aut peculiaris ratio ut mox ostendetur.

XXVII. Ex his itaq; contractib. innominatis aut
ad revocandum agitur id quod unus præstitit, condi-
ctione ob rem dati seu causâ datâ (i. e. adjunctâ, ut exponit
Don. nec vitiosa rubrica est ceu Duar. & Hot. videtur) causa
non secuta. Atq; ea stricti juris; quia tunc nō spectatur qd alte-
rum alteri præstare conveniat, nec ad fidē implendâ aut per-
ficiendum sed ad distrahendû negocium contractum cōpetit.

XXIIX. Sic autem agi potest quoties ex datione seu ex re
traditâ initium oblig. cepit. Quæ gemina in eo cui datum
vel traditum. Una ut det ipse aut faciat; altera ut priusquam
dederit fecerit, repetenti acceptum reddat. Liberum namq;
ei qui prior conventioni paruit aut datur condicere aut ad
fidem contractus implendam alterum adigere. Neq; ceu Jac.
Schultes putat, in liberr. rei arbitrio, malitnè implere placi-
ta data an restituere. Sed imò etsi paratus sit is implere, si post
denunciationem impleverit, nil ei id ad liberationem profi-
cit. Atq; hoc est quod vulgò dicitur: Pœnitere liberum esse in
contra-

contractib. innominatis, intellige in iis quibus per naturam rerum poenitentiae locus; inde solum quod alter nondum conventioni paruit. Quae vera eorum & genuina nota nulli contractuum nominatorum communis, etsi quibusdam aliud videri sciam, cum revocatio mandati, renunciatio ite societatis & naturam habeant & causas adeoque effectus plane diversos.

XXIX. Alia v. facti ratio. Quod cum infectum reddi nequeat cum nihil sit quod revocetur, ad id ut indemnis praestetur, qui prior fecit, si quid ipsi eo facto absit, de dolo datur actio si dolus arguatur, vel si is abfuerit, in factum praetoria, ea scilicet quae ipsius de dolo act. subsidiaria est.

xxx. Aut petitur id quod ex conventionione debetur. Et praescriptis verbis actione experiendum est.

Quae ipsa cum ad perficiendum contractum competat, cumque adsint hic mutuae praestations bonae fidei est, non in casibus solum duobus, ex permutatione, & quae Ulpiano aestimatoria dicitur (vocem n. illam ex glossate imperiti irrepisse, quod volunt Hot. & Hortensius non censeo) sed generatim etiam in reliquis.

XXXI. Cujus opinionis non primus auctor Jac. Schultes, neque etiam ante eum solus Paul. Busius id adstuxit. Verum proposita ea luculenter & confirmata pridem ab Hot. itemque Gifanio, & qui post Busium quidem sed ante Jac. Schult. sua edidit, Aegid. Hortensio. Neque ideo tamen id viro doctissimo, nimio opere exprobrandum, si se novae sententiae auctorem ingenuè ut credi par est putavit. Nam ut scite Muretus: Cum omnes qui tractant litteras iisdem ferè utamur libris, nullo modo fieri potest, ut non eadem animadvertatur à pluribus. Ac ut vir Cl. Valent. Gvil. Forsterus Corasium à moribus tuendo scripsit; impossibile ut qui multa scribit, ab aliquibus non aliquid aliquando vel ignorans mutuetur. Idque de viris bonis & candidis potius sentire quam sinistri quid suspicari aut plagii dicam protinus scribere humanum magis ingenuumque duco. Idem n. mihi & aliàs saepius & hic evenit, qui divisionem hanc non generalem esse etiam antea statui quam in Ant. Fabri & Bachovii idem sententiarum locos inciderem. Sed haec obiter.

XXXII. Prae pluribus a. illorum rationibus, in quibus illa prevalere videtur, quod omnes 4. ob rem dati species nominatis b, f. contractibus quam proximè accedunt, omnes ite

B 2

praeser.

præscr. verb. actiones cum vulgaribus & usitatis b. f. judiciis per magnam cognationem habent, movet me maximè quod hîc semper ultrò citroq; s. mutæ præstationes, utrinq; datur fides, utriusq; interest rem totam ex bonâ fide æstimari, ad æqui & boni rationem exquiri. Unde & hîc usuræ ex nudo pacto & fructus ex morâ accedunt. Quod v. Imp. Justin. nominatim ac distinctè æstimatoriam, & quæ ex permutatione competit, recenset, id non ad restringendum sed explicand. genus pertinet, aut distinguitur à speciebus illis, quæ singulari veluti nomine appellari possunt, cum aliæ non possint, quod in jure insolens non est, quia & hæc 2. species celebriores, & peculiare in Dig. titulos nactæ sunt.

XXXIII. Cæterum competit hæc præscriptis verbis actio tametsi dolus arguatur. Is n. in bonæ fidei actionibus bonitate judicij vindicatur. Ne dixeris cum Jac. Schult. dolum tam inimicum esse contractui innominato, ut quàm primùm illi se miscuerit, is ipso jure sit invalidus, & propterea quoties dolus intervenit præscript. verb. act. deficere, nec proinde aliam quàm de dolo superesse. Id enim multis modis impingit. Et pacta certè dolo facta adversus eum qui decepit valent, licet non rara sint adversus deceptum.

XXXIV. Nec tantum in reliquis tribus sed & in articulo Facio ut des, licet in alia pleriq; abeant. Neq; enim vel exinde diversa huius ratio quod in eo synallagma verè non sit, ut Alciat. sensit, neq; quod negoc. ita novum & inusitatum ut nullius ex nominatis contractib. naturam redoleat, ut Marq. Freher. Govean. sequutus, neq; ut varij variè, quos referre & refellere loci angustia non sinit.

XXXV. Aut ex una parte expressè exalterâ tacitè. *junge s. th. 21.* Tacitum v. hîc non aperto sed expresso seu verbis declarato opponimus. Quò pertinet ex contractib. solo consensu initis **Mandatum**. Ex ijs qui contrahuntur **Commodatum**, **Depositum**, **Pignus**. Unde actiones Mandati Commodati depositi, Pignoratitiæ bonæ fidei, tam contrariæ quàm directæ. Quod singulatim. pluri-

pluribus ostendit Corasius, eiq; ferè ceteri assentiuntur. Nā quod mandatarius, commodatarius, depositarius, creditor in pignore ope contrariarum act. servantur indemnes, id etsi nō sit ex verbis conventionis expressis, cum nihil in se receperit præstandum qui mandavit commodavit deposuit, pignori dedit, tacitè tamen ac vi ipsâ fides de indemnitate data. Neq; alia ini tiō mens contrahentium. Quin & contrariæ act. vice mutuâ exigendo vim directarum q. minuunt. Ac quod contrario quisque iudicio consequi potest, id etiam recto iudicio salvū habere licet jure pensationis. De calculo enim agitur, qui ferè iudicio dirimi solet, scil. directo. Nec pro *ferè* reponendum *sine* ut A. Fab. aut illi hæc v. adijcienda ut Marq. Freher. contendit.

XXXVI. Cumq; in sequestrum quoq; depositi actio detur & sequestrariâ quoq; illam act. b. f. esse cum Gæd. statuo. Quo tamen casu depositi actio in duplum datur, cum mista sit pœnalis & eatenus detur ex maleficio, ideóq; nec heres in solidum sed in simplum teneatur; ratione illius dupli quod uti pœna accedit b. f. non esse, neq; (qui quæstionis usus est) in duplo fructus & usuras accedere contra Donell. statuo.

xxxvii. Aut utrinq; tacitè. Hujusmodi Dotis datio. Qui b. f. contractus auctore Ulp. Licet n. hîc non principaliter id agatur ut dos reddatur, neq; vir in hoc accipiat, sed ut onera matrimonij sustineat, id tamen unâ actum creditur, non quidem merâ juris fictione, sed ex naturâ negotii ut soluto matrimonio dos repetatur, utque marito item, si quid ex hcc causâ impenderit aut ei absit, ex b. f. indemnitas præstetur.

XXXIIX. Actio itaq; vel repetitio dotis jam olim b. f. quæ dicta rei uxoriæ q. d. matrimonij, sicuti res rustica dicitur pro agriculturâ, ut vult Gifan. Malè Rævard. sic dictam sentit, quod præter dotem res aliæ mulierum, paraphernæ sc. & receptitiæ eâ repeterentur, ideóq; in Tribonianū invehit, quod ad solam dotis repetitionem retulerit, licet eid. Boëtium suffragari agnoscit Enimverò cum receptitia nuncupata sint, teste Agell. quæ doti non data sed retenta, quæ actio necessaria

mulieri quâ repetat ea, q̄ semper sibi peculiaria retinuit, neq; doti intulit, & de quib. etiâ constante matrimonio integrû negociandi jus fuit, invito etiâ marito, ut rectè post alios Gail.

XXXIX. Jure quippe civili Justin. etsi nullâ lege prohiberi universa bona in dotem dari Imp. Alex. rescribat, non alia tamen doti sunt quàm q̄ nominatim constituta, etsi illata cetera, aut mulier simpliciter nupserit citra dotis mentione, ut contra Accurs. & Mauric. rectè Gomez. Mozz. Menoch. Gail. & Dd. comm. Jure a. Sax. & morib. nostris omnes uxoris fortunæ & patrimonium illatum, quin & res stâte matrim. quæsitæ, doti censentur, etiam illâ expressè non constitutâ (modo nihil contra convenerit) quomodo quotidie pronunciari testatur Colerus, licet cōtrarius hîc videatur Tomingius. Idèq; jure Gallico etiam & apud Belgas obtinere Annæ. Robert. & Jac. Curtius prodidere. Sicq; statui convenientius & magis ex usu Reip. videtur.

XL. Bonæ fidei v. illa non tam quod naturalem præstationem habere & in bonum & æquum concepta Cajo J.C. dicitur; id n. plurib. act. commune esse Cujac. ostendit, quæ etsi stricti iudicii non sint, ut ille vocat, nec b. f. tamen sunt, neq; quia eâ certum nō petatur, cum dos fructibus augeri, expensis minui ipso jure possit, ut Hot. ac Hortens. sed ob mutuas præstationes, cum & marito vicissim debeantur necessariæ ac utiles impensæ ex causa dotis erogatæ, quarum nomine retentionis erat. Et si dos tota soluta, iis non deductis olim quidè conditio ex Marcelli sententiâ, postea v. retentionib. sublatis (compensatio tamen non sublata ut Zas. Don. & Pac. quicquid A. Gvibert. & Scip. Gentil. renitantur) ex constit. Justin. mandati vel neg. gest. actio.

XLJ. Hujus iudicii olim formulæ inserta verba. Quod æquius melius. Quod si in danda vel dicendâ dote stipulatione sibi cavisset mulier de eâ sibi heredibusve suis reddendâ, quæ inde actio, nō secus atq; alia quævis ex stipulatu, stricti juris erat.

XLJJ. Id Justin. sollemni suâ constit. immutavit. Sanxitq; tum ut etsi nulla stipulatio vel inutilis interposita, semper tamen re ipsa subsequuta esse intelligatur; tum ut actio ea ex stipul. sit bonæ fidei, omni jure veteris rei uxoriæ act. in hanc

ex

ex stipul. act. translato. Quia namq; nova hæc in locum veteris substituta, meritò illius conditionem & naturam recipit, juxta illud vulg. Subrogatum sapit naturam &c.

XLIII. Immò in pluribus plenior & uberior hæc nova veteri illâ, quæ persequi nostri non est instituti, & peti ex ipsâ const. queunt. Præcipuum istud quod hypoth. omnium bonorum adjuncta. Et privileg. insuper temporis aliâ constit. additû, ut præferatur fæmina anterioribus, tacitâ tamen æquè l. ac privil. constitutâ hypothecâ, munitis non expressâ. Quâ Bulgari opin. & menti Imp. & rationi juris ac æquitatis magis convenire adhuc sentio cum Duar. Don. Hot. Gomez. P. Greg. Ant. Guib. Covarruv. Gothof. Arn. ab Haërsolte, Colero, Toming. Andr. Rauchb. (qui comuni eâ calculo probari asserunt) Gail. Maynardo (quorum ille in summo Imp. tribunali hic in Senatu Paris. sic judicari tradit) aliisq; quæ & Augusto Electori Sax. augustiss. memor. placuit. Licet contrariam Martini acriter propugnent Coraf. Cujac. Robert. P. Barbosa Matth. Gribald. Vacon. à Vacana Vaud. Fachinæ. Gœd. A. Fab. Hortés. Jo. Frid. Solis Alex. Turam. & plures alii.

XLIV. Quamvis a. heredib. jus prælationis, b. f. tamen hæc act. etiam ab heredib. intentatam cum Guibert. Sneiderin &c. statuo.

XLV. Non eadem conditio donationis propter nuptias, ut rectè Don. licet Jas. & plures ab Herm. Meirero citati dissentiant.

XLVI. Vel intelligitur mutuo data, juris scil. interpretatione aut fictione. Aut data fides tacitè, quatenus tacitû opponitur aperto. Idque tum in quibusdam quasi contractibus, quibus ultro citroq; oblig. contrahitur non vero quidem consensu sed præsumto ex l. interpret. ut rectè Vult. Gœd. & Jac. Gourreus. Cujusmodi administratio rerum alienarum, quæ vel necessaria. Tutela. Quâ etiam Protutelam complector cum Don. & Goth. licet Sneiderin. dissentiat. Quin etiam Curatelam. Conjunctim n. II. curatores tutoribus accipere & de tutoribus constituta de curatoribus quoq; accipi debere Ulp. docet. Hinc igitur

igitur b. f. act. tutelæ directæ & cōtraria: Protutelæ item ac Curatellæ utraq; Quam ipsam curatorî & in eum competere alibi novè adstruxi contra eos qui vel negoc. gest. utilem vel tutelæ utilem accommodant.

XLVII. **Vel voluntaria. Negotiorum gestio**
Nam & hîc etsi animus obligandi ex parte gerentis sæpius nõ defit, non tamen fides verè data cum sæpius alter absit vel ignoret. Utilitatis a. causâ fingitur fides mutuò data. Hinc negoc. gest. act. directæ & contraria bonæ fidei.

XLIIIX. Eiusdem species quæ funeraria dicitur, quam sub hac contineri & b. f. esse rectè contra Donell. & vulgò Dd. Vult. & Gifan. q̄ ex professo satis firmat Timæ. Faber. Nam immò hîc iudex indulgente naturâ actionis solutiùs æquitatem sequitur, quàm in mera id est vulgari neg. gest. act. ut ait Ulp. Naturâ igitur ac substantiâ ab eâ nihil differt, sed adscititiâ qualitate ac nomine, quod peculiare adeptæ est ob sing. causæ favorem. Et certè potestas in hac iudicis omnium latissima. Cùmq; Ulp. scribat eum qui propter funus aliquid impendit contrahere, si omnia contractuum verorum & impropriorû genera excutias non aliud occurret, quò hanc speciem referre possis præter negoc. gestionem.

XLIX. 2. **Rerum communio.** Quæ vel est inter coheredes, juris universalis. Unde Familiæ eriscundæ iudicium: vel inter alios rerum potiss. singularum, ut si eadem res pluribus legata donatave &c. Unde Comuni dividendo actio. Et si n. utrobq; nullum verè negotium geratur, gestum tamen interpretatione juris habetur & fides q. mutuò obstricta, undè præstationes personales & quidem reciprocæ; Quæ tum in commodis versantur si plus debito ad unum pervenerit, tum in incommodis, ut sumtibus ab uno in rem communem factis, & damnis ab uno sociorum illatis, vel quibus alter solus causam præbuit.

L. Nulla talis communio inter eos qui confines agros possident. Cuius enim agro sui distincti limites, neq; illi utriq; pro indiviso (uti hereditas ac legatum inter coheredes & collegatarios) communes sed quisq; habet seorsim quod solus suum dicat. Illic non potest quis suam partem attingere

gere aut quidquam agere, quin unà attingat partem socii. Hic v. qui ultra terminos constitutos evagatur, aut amplius possidet quàm illi patiuntur, soli sibi non vicino rem gerit, ut suum non ut commune possidet. Bonæ fidei itaq; non est Finium regundorum actio, tametsi æquè duplex, divisoria, mixta ut superiores. Quippe cui principium non ex cōmunionē sed ex separatione, ait non malè Sneider. Magnaq; affinitas prioribus cū iudicio Societatis, quæ huic nulla ut Coras. Major deniq; communio illis duabus inter se quàm cum hac act. q̄ convincit tit. Cod. Comm. utriusq; iudicij: Sed neq; competit hæc ex q. contractu, sed ex delicto, si dolosè dejecti aut perturbati fines vel q. delicto si dolus absit. Ac in eam non venire fructus ante iudicium perceptos Paulus auctor est. Justior ergò multis modis causa insectandi Hortensium quam is habuit taxandi Imp. Justin. quod hanc omiserit.

LI. Tum in aliis negotiis contractui vel quasi contractui affinibus. Talia sunt: Precariū quod commodato simile. Neq; enim id, per se si spectas, vel verus contractus realis innominatus, ut Don. putat vel species articuli do ut facias ut Hot. vel quasi contractus ut Cujac. Sed ut Ulp. genus liberalitatis, cuius conditio magis ad beneficij quàm negotij contracti causam spectat ut Paulus, licet à donatione distet, in eo quod repeti potest. Sicuti a. donatio latiore acceptiōe contractus dicitur, ita & precarium. Utrobique enim propiūs accedit ad verum contractum quàm quasi contractu. Res enim apertiūs agitur. Mutua v. hinc quoq; præstatio. Nam & is à quo precario rogatum est liberū rei usum præstat, licet recepturus cum sibi libuerit precariū solvere. Neq; tamē confestim repetere licebit, sed aliquo temporis dato spacio. Adjuvari quippe nos non decipi beneficio oportet. Et bonæ fid. contractibus precarium accenset Ulp. Datūq; inde præscriptis verbis actio quæ ex bonâ fide oritur. Neq; id aliud est quàm esse b. fid. cum idem asseratur de Depositi actione. Quæ doctrina est Cujac. Hot. Galesij M. A. Delrio P. ac A. Fab. & c. etsi cum plerisq; Don. Forcat. Ræv. & Nic. Bellonus obloquātur. Nam quod Don. obijcit hinc non utriusq; negoc. geri ut in commodato, ubi commodatarius custod. rei debet, sed so-
lius

C

lius accipientis qui doli solum & culpæ proximæ nomine re-
netur, non urget. Ideò n. ex hac parte minor oblig. precario
tenentis quia non certus utendi modus præscriptus, sed usus
indulgetur liberior.

LII. Planè Interdictum de precario quod ad avocand. pos-
sess. datur b. fid. non est. Sive illud cum cæteris interdictis act.
in rem annumeres & ex jure possessionis nasci dicas, sive, q̄
verius puto, in personam, quia vel ex vero vel q. delicto com-
petit, quatenus nempe qui precario rogavit domino possess.
rei suæ intervertit. Actio a. hæc præscr. verb. non utiq; solum
ejus quod interest persecutionem respicit q. res ipsa precario
concessa per eam non repetatur ut A. Fab. Utrumq; enim re-
medium precarium revocare ac rem recipere volenti cõpetit.

LIII. Et administratio possessoris hereditatis
alienæ, quæ negotiorum gestioni affinis. Possessori namq;
huic injungitur jure necessitas res hereditarias colendi ac tu-
endi, inutiles, vel aliàs perituras distrahendi æs alienum exsol-
vendi, credita hereditaria exigendi res singulares à possessorib⁹
vindicandi, act. deniq; intetatas suscipiendi. Hæcq; omnia ferè
non nisi periculo suo negligit, quæ ipsa tamen usui & comodo
veri heredis cedunt. Inde petitio hereditatis, quæ etiam si in re
sit, non tamen mera sed mixta ei personalis actio, præstatio-
nes personales habet easq; mutuas. Uti enim possessor peti-
tori pretia rerum distractarum & quæ à debitoribus recipit,
res item heredit. causâ, licet pecuniâ suâ, emtas restituit, ita
vicissim convenit illi pretium impensasq; & si quid præterea
ex his causis illi absit refundi. Ut quam b. fidem illic petitor
exigit, eandem & ipse præstet.

LIV. Magis itaq; ex naturâ & conditione rerum ac verâ
juris ratione est, quod hæc b. f. quam ex constit. Justin. quod
Cujac. & aliis persuasum. Neq; n. ille primus pro libitu b. f.
eam effecit sed esse declaravit, inter dissidentes veterum opin.
veriolem confirmans, quæ ipsa & olim comprobatur, ut rectè
A. Fab. Cujus vestigia in libb. nostris non pauca, licet in con-
trarium alios id forsân moverit, quod hæc divisio act. in rem
non concernat. Eâ tamen dissensione sublatâ non ideo ullæ
Pandect. ll. (quod Borch. vult.) correctæ. Nullius itaq; erroris
hic Tribon. justè à Galesio arguitur. Audaxq; omninò & te-
merarius Hoffen. Imp. in os obloquendo scribens nunquam

apud Jctos dubium fuisse, quin hæc sit stricti iudicii. Cujus rationes frivola & nugaces.

LV. Et æquè b. f. prætoriae petitiones, possessoria nempe ac fideicommissaria ut Don. & Myns. licet Sneiderin. contra. Tandem certè his consequi actorem & has act. ead. recipere quæ civilis clarè proditum est. Et sive tota hereditas petatur sive pars ejusdem, cum & aliàs eadem partis quæ totius ratio sit.

LVI. Quid igitur de Querelâ inoffic. testam. dicemus? Si ea species petitionis hereditatis, ut Don. & alii, non minus b. f. ut sit consequens erit? Ita v. statuo. Reipsâ ac intellectu se-juncta, ast ille conjuncta quodammodo petitio hered. Per se itaq; & quatenus Querela aditum veluti ad hanc præparat nec b. f. nec stricti juris est. Sicuti & Querela inoffic. donatio-nis ad illius similitudinem introducta.

LVII. Quomodo expositæ, opinor, omnes species jure Ju-stiniano cognitæ. Perfectam n. enumerationem ab Imp. o-mnium b. f. act. quæ suo seculo viguere, proponi vulgò post Accurs. Cujas. Don. Sneiderin. P. Greg. A. Fab. Valasc. Vult. Bocer. Harprecht. aliq; probant i. ex voc. *ὁρισμῶν* dū dicitur: *Bonæ fidei sunt hæc.* 2. non addi v. *veluti* aut *quales sunt* aliàsve quæ arguunt rem exēplis declarari. 3. nullâ defini-tione initiò explicare Imp. quæ b. f. sint. 4. anxie eas quoq; adjungi de quibus ambigi posse videbatur. Contra licet sentiant Coras. Gales. Hortens. & Cels. Bargal. Neq; hos juvat quod cōtractus fiducia omisus. Id n. inde quia exoleverat; neq; n. is idem fuit cum lege Commissoria ceu aliquando Cujas. visum est.

LIIII. Superioribus itaq; accedo, sed ita i. si præscriptis ver-bis act. generaliter accipias 2. & in quovis genere etiam con-trarias ac utiles. 3. & quæ genere quodam continentur, nec essentiâ sed adscititio nomine differunt, sicuti funeraria act. neg. gest. sequestraria depositi act. species. 4. si addas act. ex-ēphyteusi quæ illic non quidē verbis ast sententia cōtinetur.

LIX. Sic & Tributaria Exercitoria, Institoria, de peculio, quod jussu, de in rem verso b. f. sunt quoties ex b. f. negociis descendunt. Neq; n. hæc separatæ species aut propria act. no-mina, à formâ diversâ negociorum, sed assumpta à personis contrahentium vel aliunde.

LX. Sed nec quidquam vetat, sicuti vetus fiducia contra-

ctus exolevit, ita ex statutis aut li. patriis novos induci in civi-
tatem, qui si vicissitudinem habeant praestationum & ipsi b. f.
erunt. Quae enim noviter emergunt novam indigent ope.

LXI. Contractus igitur feudalis cum ultro citroq; ob-
lig. producat, & ad mutuam fidelitatem ac officia dominum
vasallumq; obstringat bonae fidei, uti & quae exinde actio u-
trinq; in personam (propria directa & quae vulgo nominata
dicitur cum & is contractus nominatus sit) b. f. est ut recte
post Duar. & Oldend. Goth. Ant. Idemq; de libellaria & preca-
ria, quorum jure feudistico ac Pontificio mentio fit, asserim.

LXII. Nec displicet quod post Bald. Turamin. act. ex statuto
competentes si circa negoc. b. f. versentur tales & ipsae esse. Non
tamen perpetuum quod post Bart. Bal. Salic. & alios Bargal do-
cet ubicunq; contractus b. f. ibi & eiusd. distractum talem esse.

LXIII. Semper a. haec act. b. f. sive certum petatur sive in-
certum *de quo mox. th. 67.* Et sive juris quaestio agitur sive facti.
Abnorme siquidem q. Hot. docet quoties de facto ambigitur
e. g. an domus vendita locatave sit stricti iudicii act. exerceri.
Et sive ex ipsis contractibus competant, sive ex pactis adjectis.
Pacta n. ex continente subsequuta formant act. in b. f. iudiciis &
ijs etiam ex parte actoris inesse dicuntur. Actio itaq; ex vendi-
to e. g. per pactum informatam, b. f. erit ut ait Fortun. Garcia.

LXIII. Datur v. ex huiusmodi pacto, vestito cohaerentia
contractus ut Dd. loquuntur, non solum actio illius contractus
propria, sed & praescriptis verbis. Quae communis omnium vete-
rum teste Tiraq. sententia, (quam primus Alciat. evertere ag-
gressus & post eum Cujac. Don. Hot. Costal. P. Grangian. &
recentiorum caterva) mihi praenova hac arridet, cum non paucis
textibus comprobetur neq; veteres illi a novioribus omnibus deserti.
Sectantur n. eos Loriot Vasq. Ant. de Padilla Fach. Gilk. & c.

LXIV. Satis jam apparet certas esse ex certa juris ratione (quae
quam adprobe constituta sit mox exponetur *th. 92.*) bonae fidei a-
ctiones, haecq; qualitate exprimentem negotiorum naturam perficisci.

LXV. Longe itaq; a vero deviant qui initio omnes act.
fuisse stricti iuris legem a. postea voluisse certas quasdam b. f.
esse; legis solius esse bonae fidei iudicia facere, rem omnem ex
legum latorum libidine & auctoritate orig. sumsisse, nec
rationem exploratam reddi posse cur L. ita voluerit, satis esse

quod

quod sic scripta sit; posse adhuc quemvis stricti juris contractū per legem bonæ fidei fieri & vicissim. Quomodo, & his ipsis quæ retuli verbis, non tam miror quàm indignor haut gregarios interpp. sentire, docere, Cujac. Wes. Charond. Vultej. Bocer. Bach. alios. Sicq; ad ignorantia illud subsidium, quod ex responso Juliani, cujus longè mens est alia, quidā petunt reapse confugere. Cum tamen lex sit virorum prudentum consultū ut Papin. ac ut Demost. *δῶμα ἀνθρώπων φρονίμων*, qui non temerè feruntur, nunquam non fine moventur certo. Ecquas v. de omnib. ac sing. ab Imp. recensitis act. LL. vel constit. emanasse monstrabunt?

LXVI. Sed nec minor Galesij lapsus, qui sine lege usu introductum esse seu nullā certā lege, jure non scripto invaluisse scribit, ut quib. casibus certum peti non potuerit, quod vel cōtrahentes non satis expressis pactioib. sibi cavissent, vel negotia eiusmodi essent ut propter oblig. incertitud. aut perplexitatē certum peti non licuerit, id ex quibusd. causis iisq; magis vitæ civili necessariis, incertè peti possit, tanquam ex b. fide creditum. Eum usum contra decemviralem l. quā cautum fuerit ut quavis act. certum peteretur, utq; plus debito exprimens causā eaderet, receptū non passim neq; eodem tempore, sed per gradus quosd. ab aliis ad alios protractum fuisse.

LXVII. Nimium v. errat, dum ad incerti petitiones hæc judicia coarctat. Tametsi in eo suffragetur illi Rævar. mot^o loco Cic. judicia certæ esse pecuniæ, arbitria incertæ; qui tamē locus ad b. f. judicia nil pertinet *vid. j. th. 113.* & Hor. volens auctores hinc non certam summam petere sed hoc tantum postulare quod parebit adversar. sibi dare facere oportere ex fide bonā; in eoque summam diff. b. f. judic. & strictorum collocat. Quod si emtor e. g. nominatim certam mercem, venditor cōventā pretii summam petat, non act. emti venditi sed certi condic. illis proponi; à quibus non abludit Hortensius. Sed rectè Donell. potuisse & olim & nunc posse certum peti b. f. judicis, ut rem venditam, pretium & usuras certas de quib. fortè convenit. Nam etsi certum hinc petatur non tamen id iudex strictè sequitur, neq; in id præcisè sententiam ferri necesse est, sed iudex pluris minorisve condemnat prout æquitas suggerit, ut Gifan.

LXIIII. Planè si ipsa certi conditio intentetur, stricti eand. juris esse largior. Omissa n. ea Justin. studiosè act. b. f. percē- senti: Et principaliter inducta propter mutuum & stipulatio- nem. Protracta a. ad alias causas occasione natâ ut major sit agendi commoditas plurib. remediis propositis; Sed & aliàs mitior est ex causis b. f. intentata, peculiari act. vel speciali ex illo negotio proposita ut quod infamia re o remittitur &c. Sed falluntur & erroris ab Ulp. arguuntur qui non posse nominatim rem certam peti act. ex vendito, mandati, pro socio, negoc. gestorum aliisq; rentur. Utamq; n. act. unâ competere Don. ostendit.

LXIX. Exemplis sanè ostensu facile posse sæpius initio cer- tum esse quod actor intendat, & b. f. tamen vel maximè ratio- nem haberi. Quare n. his casib. effectus & attributa b. f. judi- ciorum e. g. quod except. insunt, quod dolus ipsâ judicii bo- nitate purgatur locum habere non debeant ratio nulla est. Tantum v. abest ut hoc injungi debeat actori in b. f. act. nihil ut certi definiat, ut potius id illi ubiq; curæ esse debeat, quoad ejus omninò fieri potest certum quid intentione complecti. Quin etsi casus incidere darem, quibus non ulterius excedere judicis potestas queat; neq; in amplius vel condemnare reum quàm petatum sit nominatim, neq; in minus; quod nihil in excussione negoc. & causæ cognitione proferatur, quod ex æquo & bono cōdemnationem vel augeri vel minui suadeat; non ideo minus judic. b. f. dicend. Origo n. cujusq; rei attē- denda. Et satis est si natura ea negotii sit ut ex b. f. æstiman- di facultas sit judici, licet ex accidenti evenire queat, ut in propositâ specie nihil sit de quo arbitretur.

LXX. Dixi EX BONA FIDE. Quorum verborum vis a- perienda est. Quid n. dices, an nō perpetuum est quod Diocl. & Maxim. definivere *Bonam fidem in coneractib. considerari æ- quum esse*. Et quod Paulus J.C. *in omni contractu bonam fidem præstari debere*. An non *bonam fidem contractus* conjunctim di- cit Ulp. tam de stipul. quàm de venditione. Et Papin. *verbis fideicommissi bonam fidem inesse constat*. Sanè ita est, nec quidquâ malâ fide gestum leges cōprobant. Et perquam durum quod Gifan. scripsit de bona fide tantum quæri solere in contra- ctib. b. f. superiores sententias de illis restrictè intelligens.

Quid

Quid igitur est quod cum commune omnibus sit b. f. requisitum, certa negocia ac quæ inde actiones sanctum illius nomen suum quasi fecerunt?

LXXI. Plurimi dubium hoc dilui censent discernendo duplices b. f. acceptiones. Quarum una sumatur pro puro ac sincero animo ab omni calliditate, fraude, dolo sejuncto ac alieno, contraria malæ fidei: alterâ significet ipsum bonum & æquum s. naturalem æquitatem ab omni juris subtilitate distinctam, opposita stricto juri, sive ut quidam significare laxum jus rigori oppositum. Priori illâ omnia omnino negocia & judicia b. f. esse; posteriore v. hac certa eademq; jure definita. Quomodo in sententia conveniunt, etsi diversimodè eloquantur Coras. Duar. Forcat. Myns. Valasc. Vult. Harprech. Cels. Bargal. Gilman. Fopp. ab Æzema &c. Qui singuli plurib. juris textib. hos significatus corroborare nituntur.

LXXII. Putant hi ipsi in stricti juris judiciis τὸ ἀκριβοῦς δικαίον in b. f. autem τὸ ἐπιεικὲς dominari. Sic n. Vultej. loquitur addens in strictis jus rigidum spectari à judice. Durius adhuc Coras. à quo Covar. & Myns. non abluunt: Strictum jus hic significare prædurum, exactum, rigoris plenum, quod subtile dicatur ac sumum, item summa injuria, ut vocibus tantum ac litteris superstitione spectatis ab æquitate discedatur, quod ad corticem verborum sine benignitate intelligatur. Quibus omnem penitus æquitatis usum ac considerationem à strictis, quæ usurpantur judiciis indignissimè removent.

LXXIII. Sed hæc minuenda est sententia, à quâ dudum divortium fecit Donel. & post eum Turaminus. Neq; ea solùm convellitur generalibus illis, quas hi urgent, juris sententiis, aliisq; veluti quod *in omnibus rebus* (proinde & in act. quibusvis) *præcipua æquitatis quàm stricti juris ratio.* Quod *in omnibus maximè tamen in jure æquitas spectanda; benignius leges interpretande, quo earum voluntas conservetur.* Quod *etsi nihil facile mutandum, de sollempnib. tamen ubi æquitas evidens poscit subveniend. est.* Quid quod jus definitur *ars æqui & boni.* Absit igitur ut quidquam ullo unquam casu æquitati verè adversum admitat recipiat, nedùm fancia stabiliat. Nam ut Theod. & Valent. Impp. *conditores ll. æquitatis convenit esse fautores.* Et Justin.

noster

noſter vult ut *aequitatis ratio communiter in omnes procedat ſcri-*
bitq; ſe ad aequitatis rationem omnia corrigere.

LXXIV. Verum & ſpeciales ad id, ac ut popularib. in-
terpp. verbis agamus, textus in terminis ſuppetūt. Nam quod
Tryphoninus definit: *bonam fidem quæ in contractib. exigitur*
æquitatem ſummam deſiderare etſi ſubijciat ſpeciem ſ. exemplū
depoſiti, qui b. f. eſt contractus, unde & compoſitores ju-
ris in eum tit. conjecerunt; tamen & epigraphe & propoſi-
tum ac ſcopus Jcti id ad omnes omnino contractus perti-
nere mihi facile comprobant.

LXXV. De quo ne ambigas perpende quod Modestini.
ſcribit: *Donationis ſpeciem in b. f. contractibus non deputari & ideo*
de morâ ſolutionis uſuras non deberi ſummæ æquitatis (non
dicit exacti rigoris, præduræ interpretationis, cui, & non alij,
locus detur in ſtrictis judiciis) *eſſe*. Et quod Paulus in doctri-
nâ ſtipulationum de purgatione moræ: *hanc quæſt. eſſe de bono*
& æquo & c. Quodq; *ſubtilitatem verborum* in mutuo negligi
quandôq; Julian. docet. Et in Conſtituto, quod non abſimile
ſtipulationi eſſe Juſtin. dicit, unde act. ſtricti juris dari ne-
mo ambigit, *æquitatis rationem attendi* idem aff. Mitto quod
côditiones indebiti ac ob rem dati ex bono & æquo introdu-
ctæ Papin. & Paulo dicuntur, quæ ſtricti tamen juris ſunt. Et
omnis compensationis ratio eſt ex æquo & bono, cui tamen
etiam in ſtricti judicij actionib. locus eſt.

LXXVI. Quod a. minus larga in his interpretatio; quod
minus uberes præſtationes, quod judicis officio habena non
tantoperè laxantur, quod ſtrictiùs oblig. metimur ex eo tan-
tum quod vel verbis conventum vel aperte actum eſt, neq; ad
ea extendimus de quib. nec nominatim nec tacitè convenit:
Id omne neutiquam inde quaſi æquitas aliud poſcens in ſuper
habeatur; ſed quia aliud non fert ipſa cauſarū qualitas. Et ut
benè Ant. Fab. natura negotiorum hic non patitur ut æquum
videri poſſit quod à ſtrictio conventionis & oblig. jure (jus
oblig. nota hic ſtrictum dici non jus conſtitutum) abhorreat.
Nec ipſa b. fides patitur in his tam uberes præſtationes recipi.
Et quæ æquitas exigit sæpè in b. f. contract. etiam ea de quib.
non cogitatum, ea ipſa diverſum ſuadet in ſtrictis. Sic namq;
Ulp. *iniquum eſſe* pactum trãſactionis eò extendi, de quib. co-
gitatum eſſe non docetur. LXXVII.

LXXVII. Quin & in ipsis b. f. negociis, quandoq; natura certæ act. indulget, ut iudex solutius æquitatem sequatur, quàm in aliâ æquè b. f. & vel maximè cognatâ, asserente id de funerariâ Ulpiano. Nec ideò tamen magis spectatur æquitas hîc quàm illîc. Sed si illîc locum inveniret, æquè attenderetur.

LXXVIII. Neq; illos Theophili auctoritas juvat aut hæc illius verba: ἐν οἷς τῆ ἀκελείας γίνεται λόγος. Nam; ut taceam illam à multis, ceu viri in civili scientiâ hospitis ac peregrini, ut Conna. vocat, & rerum Rom. indagatoris non satis diligentis, ut Ant. Augustin. elevari: verbū ἀκελείας non utiq; juris rigorem semper denotat, sed & accuratorem quandoq; item tenacitatem. Quid igitur vetat memorata verba de strictiori interpretatione, sive adstrictâ judicis potestate exaudire.

LXXIX. Alii etsi vel unam b. f. significationem in contractibus ac judiciis statuunt, ut Charond. vel plurium mentionem non faciunt; æquè tamen verba *ex bonâ fide* interpretantur *ex æquo & bono* ut inter hæc duo nihil propè interesse existiment, idem Charond. Sneidv. P. Fab. Delrio. Bronch. Harprecht. Gilken. Et ferè Turamin. docens, quando æquitas stricto juri opponitur non iniquitati, tunc b. f. appellatione, quando & hæc stricto juri opponitur, æquitas significari. Et strictum jus dupl. constituit: 1. ad diff. æquit. civilis. 2. ad diff. b. fidei s. æquitatis naturalis.

XXC. Statuunt hi ferè in omni quidem contractu bon. f. præstari, id est, ut exponunt, æqui & boni rationem haberi, id tamen largiùs iis accommodari uberioresq; bonam fidem, requiri, quæ per excellentiam b. f. dicuntur, quod præcipuè in iis b. f. versetur ac dominetur, ut post alios Menoch. Pro quibus facere videtur, quod Diocl. & Maxim. *in hujusmodi contractibus b. fidem maximè exigi.* Et quod iidem, *in societatis contractibus b. fid. exuberare.* Nec desunt qui alias b. fid. act. aliis largiorem bon. f. exigere, alias item aliis strictiores statuunt.

XXXI. Attamen si pressius rem consideramus, bona fides ab æquo & bono, seu ab æquitate tam naturali quàm civili,
D (distinct.

(distinct. enim hanc æquitatis non repudio) omniaò alia est, ut rectè Lorient. Don. & Ant. Fab. Sicuti & ab eodem apertius sæpe se jungitur. Non solùm quod æquitatis nomen latius pateat; cum b. fides (certè ut hinc sumitur) in dictis conventisq; solùm spectetur; æquitas verò per omnes juris articulos diffusa sit: Sed & (ne quis regerat b. f. tamen speciem esse æquitatis illius) in his ipsis actibus hominum ex eo potiss. æstimatur, ut oblig. aut officio pareatur & satisfiat: Æquitas autem ex totius causæ qualitate ac constitutione æstimanda. Sic enim Ulp. de funeraria: *æquum accipi ex dignitate, ex causâ, ex tempore, & ex b. fide.* Accedit quod b. f. quatenus in animo consistit facti est; æquum v. & bonum jus de facto disponens idq; probans vel improbens, ut non malè Donell. Res autem facti & juris in se diversæ & oppositæ.

XXCII. Proximior Vero videtur sententia Don. qui interpretatur b. fid. officium viri boni, sinceri & aperti. Quomodo Decian. secundum b. f. agere, qui facit quæ juri naturæ conveniunt. Ac sanè eam accept. per plurib. in hâc materiâ locis convenire & adaptari posse, exigendo quis comperiet.

XXCIII. Sic tamen malo: Bona fides aut spectatur in concreto; & vel attribuitur dictis factisque hominum dum geruntur. Seu dum sunt in fieri. Ac significat cuiusq; agentis vel agere negligentis officium, quod ei facere, vel muneris, vel fidei datæ, vel quacunq; tandem ratione incumbit. Cui si paruerit animum sincerum tenet, illibatum, imunem nullius sibi rei reprobæ, nec fraudis, nec etiam culpæ consciùm. Neq; malè hoc sensu dicitur Covarruvix *judicium illud privatum quo quisq; de rebus propriis judicat secum pro conscientia; sive credulitas examinans act. nostras.* Licet ipse Covarr. in contractibus & act. significationem aliam agnoscat. Non autem dico cum Coraf. & Duar. animum rectum à fraude & versutiâ se junctum. Non enim minùs est ex b. f. ut culpa quàm ut dolus præstetur in his negociis, sed & re ipsâ decipi contrahentem non oportet, etsi fraudulentus animus absit. Sic namque Ulpian. *nihil amplius quàm bonam fidem præstare debere eum qui procurat.* Quem tamen

tamen ipse paulò anterioribus verbis culpæ quoque obstrin-
xerat. Et mandatarium ac præcipuè procuratorem de omni
culpâ teneri juris est notis. Contra fidem enim facit etiam
qui negligentius facit. Et non salvâ fide minor alienis quàm
suis rebus diligentia præstatur.

XXCIV. Hinc M. Tull. dicit *judicia de fide malâ*, quia ob
malam fidem plerunque redduntur, sive eam everunt
ac vindicant. Unde tamen absurdè infert Coras. & Gales ju-
dicia hæc malæ fidei dici posse. Nec melior ejusd. Coras. col-
lectio, quia & contractus malæ fid. dicatur. Is enim perinde
dicitur, ut pictus vel fictus homo.

XXCV. Atq; superiori sensu ista accipio: *Bonam fidem præ-
stare*, quoties hujusmodi verba actibus dum fiunt, sive negoc.
gerendis junguntur; *bonâ fide gerere*, *b. fid. agnoscere* (sic dici-
tur tutor debita pupilli exsolvens, quia id viro bono conve-
nit) *b. fide solvere*, (id est, tum reverâ non perfunctoriè, dicis
causâ, tum sine malo consilio fraudandi fiscum) *litigare*, ubi
non solùm malitia, sed & supina juris ignorantia excludi-
tur, *pignora vendere*, quod nemo dicet idem esse, quod ex æquo
& bono, nec etiam sine animo doloso, sed ritè ac solenniter,
ut nihil prætermittatur eorum, quæ fieri decet, *emere, compra-
rare* citra fraudationem non solùm vendentis, sed & cujusvis
alterius &c. Sic *ex bonâ fide elogia scribere*, id est, ex officio, nec
malignè, nec etiam incuriosè parùmve prudenter. *Bonâ fide di-
cere* apud classicos auctores, est sincerè ex animi sententiâ; *bo-
nâ fide Deos colere*, i. e. purâ mente sine hypocrisi: Sic item *con-
tra bonam fidem usurpare* dicitur uxor, quæ fidem tamen in eo
non dederat marito, sed quia nomen ejus is accommodaverat
fidei ac officio illius non conveniebat *adversus b. fidem manda-
tum*, i. e. adv. id quod fieri decuit, alia acceptio non facilè con-
gruit. *Fidejussor appellatione contra bonam fidem nõ utens*, i. e. non
dolosè solùm negligens, sed contra officium suum, contra id
quod ei facere incumbit fortè per negligentiam. Idem esto
de infinitis aliis judicium.

XXCVI. *Vel dum gesta & celebrata sunt*, seu dum
sunt in esse. Et hoc modo est, ut Cic. definit, *dictorum fa-
ctorumq;* constantia & veritas. Hoc sensu dicimur b. fidem
præstare cum verba hæc negociis gestis & celebratis accom-
modantur.

modantur. Quomodo si acceperis non malè Galeſius dicit quod bonam fidem alicui præſtari ſit eum non ſolùm à dolo & fraude; ſed & à reticentiâ, ſimulatione, errore; ignorantia, ſimplicitate, vitiis rerum & deniq; undiq; immunem reddi. Sic *Bona fides contractus* (ſcil. jam celebrati) *legem ſervari venditionis expoſcit: b. fides urget ad reſtitutionem; negoc. b. f. geſtum, pactum bonâ fide interpoſitum*, ſic res bonâ fide contracta dicitur in ſtipulationis materiâ. *Bonæ fidei debitor Senecæ & Symmacho qui nec morator nec fruſtrator. Sic Auguſtus ſe bonæ fidei eſſe dixit, teſte Sueton.*

XXCVII. Aut in abstracto, quatenus non in animo quid dicentis vel facientis conſiſtit, nec in dictis factisq; ſeorſim, ſed per ſe ac veluti in ideâ conſideratur. Hoc ſenſu non penitus diſplicit illa Hopperi, quod b. f. idem ferè ſit in contractib. ac judiciis quod æquitas in jure & legibus; in pœnis clementia & humanitas. Et Connan: *Quæ in legibus explanandis æquitas, ea in contractibus b. fides. Eſt æquitas ll. ipſarum q. b. fides. Eſt b. f. quedam dictorum factorumq; noſtrorum æquitas.* Erit igitur hoc modo accepta: interpretatio utilis aut benigna actuum conventionumq; humanarum, non verbis præciſè inhærens, ſed ſententiam & quid actum ſit potius. expendens; aliquando etiam quid agi decuerit, vel veriſimiliter acturi contrahentes, ex re pro cauſarum qualitate diverſimodè decernens; verborum vim modò extendens modò minuens, ſi quid inconueniens aut boni viri officio aduerſum inde conſequi videatur. Quæ tamen non definitio, ſed qualis qualis deſcriptio.

XXCIIX. Huc iſta refero & ſimilia: *Bonam fidem non pati, ut bis idem exigatur; ei non congruere de apicibus juris diſputare, b. f. exigere, ut arbitrium tale præſtetur, quale viro bono convenit, b. f. emtionis atq; venditionis conventionem tueri, in ſocietatis contractibus exuberare, in contractibus obſervari ſolere.* Hic certè priorũ neutro ſenſu in concreto intelligi poteſt. Obſervari n. hæc debet, etſi in contrahendo abſuerit, ac etſi contrahentium, alter fidem contractus ruperit fregerit. Tam enim eſt ex b. f. hoc modo acceptâ, ut non valeat malæ fidei emtio, ut item malæ fidei ſtipulatio reſcindatur, quàm ut rata ſit utraq; re bonâ fide contrahentium geſta. XXCIX.

XXCIX. Quibus expeditis veram appellationis rationem eruemus. Quæ gemina: Una & præcipua quoad priores significatus. His enim contractibus, ut ait Ulp. *doli præstatio vel bonafides inest*. Quasi dicat: De essentiâ horum actuum est, ut bonâ fide omnia gerantur. Proinde quicquid contrâ gestum ipso jure irritum. Ad substantialem enim horum negotiorum formam pertinet, ut sine eâ vel omninò non subsistant, si quid initio contrâ gestum totam contractus causam respiciat, vel ex parte illâ, quâ adv. eam peccatum, ut si dolus incidens, vel postea intervenit. Quod & jam olim Curtius sensisse videtur, licet à Coraf. & Covar. notetur.

XC. Unde tam contractus quàm judicia hæc dicuntur *ex bonâ fide oriri & descendere*. Neque durum est JCos ac Imper. sic loqui, ut Don. videtur: Sed innuunt essentialem proprietatem ac veluti causam, quod si bona fides initio à toto negotio absit nulla produci possit obligatio.

XCI. Altera quoad posteriorem accept. In hisce enim ut Donell. res tota æstimatur ex b. f. per omnia in utramq; partem, sive spectes quid non præstandum, tametsi nominatim convenit, sive quod sit præstandum, si nec nominatim, nec etiam tacitè convenit. Et hîc largior interpretatio, etsi inde alter oneretur, de quo mox.

XCII. Dixi: **UNDE**: Vera enim ratio ac unica hujus certatum act. prærogativæ, quia in iis mutux præstationes. In quam ulteriùs inquiremus, ac rationem ejusdem pervestigabimus. Sic rem exputo Don. & Hot. facem ex parte prælucentibus. Ubi uni soli dandum faciendum est, nulla subest æquitas exigendi à debitore ea, de quibus verbis non cautum, aut saltem, de quibus actum esse non constat. Quin si occasionem habeamus, ubi de obligando quæritur, propensiores sumus ad negandum. Et interpretatio fit contra stipulatorem, quo minus promissor oneretur, cum & illi sit quod imputetur, cur cautionem suam non latius, itaque quomodo postea eam intelligi vult, initio conceperit. Neque satis est, si ipse fortè tunc ita sensit, si non in idem alter consensit. Ubi autem ultrò citroq; præstandum est è re utriusq; est fidem

utrinque in toto negotio dominari. At cum quisque se contrahendo virum bonum polliceatur, id utriusque commune initio votum omnia plenius uberiùsque ex fide bonâ præstari. Quia itaque tam hic quàm ille sic affectus, rationis est, ut quæ ab alio quisque expectat, alteri id ipsum præstet; ut secum rem geri vult, ita & ipse gerat; ut ipse interpret. benigniorem & quæ suis aptior commodis exposcit, ita eand. alteri largiatur, ac se onerari vicissim non ægrè ferat.

XCIII. Benignior itaque in his interpretatio, etsi per eam oneretur alter. Ex comòdo n. occasio sumitur oneris imponendi, & vicissim ait Hortens. Siquidem nihil uni concedim' quod alteri, cæteris paribus, negemus. Nec magis emtori e. g. expedit venditoris oblig. largiùs æstimari quàm huic emtoris. Si illi usuræ pretii non soluti ex morâ adjudicantur; huic vicissim fructus rei non traditæ. Idem iudicium de cæteris. Ut dolus à reo commissus iudicii ipsius bonitate vindicatur, nec novâ act. opus; ita & dolus actoris, cum except. doli insit non objecta: Ut mandatari' præstat mandanti, quicquid per occasionem mandati ad se pervenit, licet de eo nec actum nec cogitatum sit; ita ipsi vicissim impendia & sumtus, etiam re inutiliter gestâ, & damna quoque externa refarciuntur.

XCIV. Enimverò benigniori juris interpretationi locum quandoque esse legimus in stipulatione, donatione, mutuo, ac vel maximè in testamentis. Sed in eo discrimen. Non hîc fit illa cum onere promissoris, donatoris, creditoris, testatoris vel etiam ejus à quo relicta præstanda; Sed quatenus illorum voluntati magis satisfit. Sic in testamentis, ut voluntates defunctorum conserventur, plenius eas interpretamur, humaniùs extendimus. Sed ea extensio fit ex verisimili mente testatoris, cum de ea constat, & id tantum ambigitur, an protrahenda sit ad id, quod verisimile est eum tenuisse. Aliàs & in dubio, quod minus est legatario præstatur; Et nummis indistinctè legatis exiguiore legati habentur, & ex duobus fundis, qui cognomines, is qui pretii minoris. Minus enim gravare heredem voluisse testator censetur.

XCV. Ec-

XCV. Ecce verò alias rationes longè arcessamus. Hæc ipsa quam in mutuis præstationibus ponimus satis claris JC. verbis se spontè exhibet. Quibus unà clarescit, cur cætera negocia, quorum non infrequentior usus est, bonæ fidei non sint & quæ non sint. Neq; aliò respicere credo illa M. Tullii: *Quibus vita societas continetur*, licet aliter vulgò exponantur.

XCVI. Neque enim scopum feriunt, qui dum inquirunt, cur certæ à Justin. recensitæ act. bon. fidei sint ad illa verba Ciceronis confugiunt, sic accipientes q. d. quibus vita communis carere nequit, sive qui ad humanæ vitæ cultum ac commercia necessarii; Quomodo plerique nostrum, licet inter se non uno modo varient. Alii enim leges tum antiquitatem, & pleriq; sint juris gent. contractus, tum frequentiam attendisse putant, ut Alvar. Valasc. Alii eas ad necessitatem potius respexisse quàm ad frequentiam, ut Duar. & Bargal. Alii contra ad crebriorem potius usum, unde digniores sint, ac quò quisque crebrior contractus, veluti Emptio, eò plus bon. fid. habere. Alii necessitatem & frequentiam conjungunt, ut Charondas. Ast imò mutuùm donatio, stipulatio, nec in commerciis minùs frequentes, nec ad vitæ subsidia minùs necessarii, nec antiquitate pluribus cedunt.

XCVII. Mutuum cum primis. Quod & cum sui naturâ gratuitum sit, à liberalitate & officio proficiscens legum favore digniss. Nec quicquam turpius quàm non opt. fidei reddere. Æquissima, ait Seneca & jus gentium præ se ferens vox: Redde quod debes. Nec fides ulla, ut Cic. esse potest, nisi necessaria sit solutio rerum creditarum. Et maximè certè id curæ fuisse legumlatoribus, tum apud Roman. decemvirales illæ de nexis leges, quibus obæratu additi creditoribus, tum apud Hebræos, Ægyptios, Persas, Græcos aliòsq; politiores pop. historiæ loquuntur. Perfidia igitur satis hîc exosa, cum ut scitè Carolus Paschalius inter debitum senescens & furtum recens haut multa intercurrat distantia. Bonæ fidei tamen contract. non est: Non quod in eo semper quid debeat certum sit cum genus perire nequeat, & propterea nil appareat, quod ex æquo & bono æstimare possit.

possit iudex, ut Alc. Lorient. Galef. & Coraf. Quidni enim arbitrari posset iudex usuras ex morâ &c. & immò mutuum in aliis etiam rebus fungibilibus, vino, oleo, frumento, *quorum quàm varia sint pretia* verba sunt Caii, *per sing. civitates regionesq; scimus.* Nec quod ut plurimum usurarum causâ ineatur, quæ odiosæ ac b. f. repugnent, ut idem Coraf. Felician. de Solis & Fopp. ab Æzema. Sed, ut Don. quia nihil vicissim præstandum debitori, unde commune illud votum eliciatur, ex quo largior fiat latiôrque in omnem partem interpretatio.

XCIIIX. Stipulatio verò quomodo non frequens, cum omnibus propè conventionibus firmandarum gratiâ adjici consueverit. Ne dicas cum Foppio rariss. esse illas, si per se metiamur, quod si comites sint aliorum contractuum, sequi eas illorum naturam. Nam prius quidem illud libri nostri satis refellunt. Posterius etsi nonnullis placuerit, quos longâ serie citat Bargal. (quò & Cujac. Nicol. Valla & P. Heig. propendisse videntur) rectè tamen idem ostendit, uti & Gœddæus salvam cuiq; contractui manere suam naturam, ut nec stipul. natura conformis reddatur actui, cui accedit, nec contrâ ipsa ad se trahat illius contractus vim cui adjicitur. Id certè abundè inde liquet quod dotis contractus semper b. fid. habitus. In eo tamen specialiter constitutum, ut actio ex stipul. sit b. fid. Et disertè Imp. ait, illam naturam *tantum b. fid. in exactione dotis* meruisse. Sed nec firma ratio Galefii, quod necessitas nulla sit in stipulatione ad hoc, cum illius verba vel ex se ipsis vel ex juris interpretatione oporteat esse clara. Plures enim ll. tit. de verb. obl. in obscuritate expl. occupantur. Nec illa Loriotti & aliorum, quod strictâ civ. ratione inventa, quâ aliquæ gentes carere potuerint, nec salus publ. eam efflagitaverit. Nulla igitur verior causa quam, quæ ex superioribus eruitur. Idem esto de Litterar. obligat. donatione, constituto & cæteris pactis legitimis aliisq; iudicium.

XCIX. Hinc etiam apparet multis modis errare, qui ex veteri iudicii accip. more hanc action. partitionem deducunt; formulæ iudici dato præscriptæ ei que adjectis vel
omissis

•missis his verbis sollennibus *ex bonâ fide* adscribentes quod act. b. f. vel stricti juris. Quomodo præter alios Coraf. Duar. Egvin. Baro Hot. Balduin. Mynsing. Galef. Charond. Borch. Quem errorem multa convincunt. Neq; ea solùm quæ contra profert Rævard. quod in act. fiducia alia verba sollennia, *ut inter bonos benè agier oportet* alia in arbitrio rei uxoriæ. *Quod a-quiùs meliùs*. Et quod in neg. gest. actionis conceptionem formularum non observari Paulus docet. Et quæ Donel. Vult. ac Gæd. Quod nempe act. formulis sublatis (& quidem radicitus ut contra Vult. alibi adserui) res ipsa & diff. superfit: Quod etsi olim vigentibus illis poneretur Judici dato laxiorem facultatem ex verbis formulæ ceu causâ proximâ competiisse, per se tamen illa nil valuerit, sed alia ei superior causâ jus scil. quod eam ipsam prætori præscribebat. Quippe non prohibidine eam concipere, jurisq; ordinem pervertere liberum Prætori erat, sed ex juris præscripto pro negotii qualitate componere eam necessarium. Sed & alia plura. Velti quod appellatio hæc etiam contractuum communis. Quod act. utiq; verè natæ, habentur & ejusdem naturæ sunt & olim fuere, antequam Prætoe adito in jure perscriptæ, ceu alibi me comprobare memini, & ita formulis longè anteriores. Quid quod petitio hereditatis, quæ jam olim si non omnium saltem plurium sententia b. fidei, Centumvirali iudicio agitata, cujus summa auctoritas atq; ita non habuit pedaneum cui formula præscriberetur. Sicuti & causas tutelares eodem actitatas fuisse Tullii testim. constat. Ac per plures alias tunc cum de jure ambiguo aut incerto contentio erat. Quid si Prætor ipse pro arbitrio judicaret, uti potuisse plerique sentiunt? Num his casibus aliam harum act. naturam vim potestatem exitum fuisse dices?

C. Faceffat itaque Hortensius, qui usq; adeo ex formulis hæc æstimat, ut detractâ solùm b. f. mentione act. stricti iudicii esse scribere non vereatur. Gravis ejusd. error in extraord. iudiciis, quæ postea cœperunt omnia esse in arbitrio Judicis, nullum inter b. f. & stricti juris iudicia discrimen relictum, nisi quantum ipsi sese iudices suâ sponte adstringant. Nam verba sunt A. Fabri, *totam jurisprud. perverti necesse est aut diff. inter hæc iudicia superesse.*

E

CI. Ma-

CI. Malè itaq; qui contractus hodierno usu omnes & judicia b. fid. esse rentur Jaf. Zaf. & alii, quib. & Goth. accedit. Et quod nil aliud Christiano asserere conveniat Imbertus contendit. Cui rectè reponit Ant. Fab. perinde fraudem exosam fuisse juris Rom. conditoribus, qui tot edictis ac cautionibus propositis dolum coërcuere.

CII. Malè qui jure Canon. inter hæc nihil interesse docent. Cujus opin. auctorem Baldum vulgò statuunt. Quam amplectuntur Jaf. Cagnol. Benincas. Goth. Jo. Bapt. Plotus, Seraphin. Vasq. Pruckman. alios ut taceam. Sed Baldo injuriam fieri contendit Bocer. dum hunc errorem insectatur, quem & convellunt Covarr. Gomez. Sarmient. Valasc. Ant. de Padilla. Vult. Gædd. Bronch. Bargal. & Clariff. Collega Domin. Arumæus. Nam & Gregor. IX. in Decretalibus Deposito & Innoc. III. Permutationi epitheta bon. fid. attribuit. Sollennèque est Pontiff. cum quid è jure Civili emendant, id expressè dicere. Quin nec ea illis potestas, ait Gæd. formalem qualitatem, accidensq; inhærens & essentielle tollere.

CIII. Malè Galef. qui hanc divil. jam olim ante Justin. sublatam, verbo autem à Tribon. relictam putat. Unde hunc indignè suggillat, more pravo, quasi sine præfatione & admonitione diff. antiquatam obtruserit, cum sublatis formulis & omni periculo causam ob plus petitionem perdendi, admissaq; incerti petitione, quoties certum actor exprimere non valet, causæ propter quas hoc discrimen inductum sit, deficient. Idem tamen contractus etiamnum b. fid. à cæteris differre agnoscit; Sed aliâ ratione judicia b. f. dici sentit, ubi bon. f. nomen concernat jurisdict. aliâ contractus ubi non ita largè accipiatur, sed dolum & fraudem abesse satis sit. Quæ inania sunt.

CIV. Falluntur item qui contractus quosvis cum Principe aut Rep. celebratos b. f. statuunt. Quos post Valasc. inde refellit Bargal. quod non personæ contrahentium faciant hanc distinct. sed qualitas negotii, quòdq; Princeps in contractib. jure privatorum utatur. Plures idem alias rationes congeffit, sed magnam partem incongruas. Sicuti ipsèq; inconstans in posteriorib. suis fluctuat & in alia ferè omnia abit.

CV. Fal-

CV. Falluntur qui cum W esenb. clausulâ illâ vulg. *Alles trewlich sonder gefârde* contractuum veluti metamorphosin induci sentiunt. Nam non alia ejus vis majorve esse potest, quàm illius veteris in omni æquè contractu usitatissimæ: *dolum malum abesse abfuturumq;*. Atqui hæc contractus naturam non immutavit, ut Gædd. Gifan. Ant. Hering. & Val. Gvil. Forster. ostendunt. Quin nec expressa pactione id effici posse cum Gæd. sentio. Eâ enim obligationum quidem causæ possunt immutari, actionum verò modus vel lege vel per Prætorem introductus non infirmatur.

CVI. Quod si itaq; pacta, quæ utriusq; consensum habent, id non efficiunt, minus id iudicio intentato alterutrius, rei vel actoris, arbitrio permittemus, ut nim. exc. doli objectâ vel replicatione stricti naturam iudicii immutet. Licet id prævè accepto Papin. Resp. & Antonini Rescripto, contenderit Cujac. Dorotheum Gr. Scholiasten sequutus asseclas natus Gifan. Vult. ac Hortens. Cui masculè contradicunt post Loriot. Gæd. & A. Fab. Inhærens enim hæc & immutabilis à substantiali contractuum forma profluens qualitas non per accidens unquam, aut, ceu Vult. loqui libet, anomaliam juris accedit. Neq; natura negotiorum ideo imutatur, quia dolus admittitur. Et b. f. iudicia non dicuntur quibus quoquo modo dolus vindicatur, sed quibus naturâ contractus ac iudicii, ipso jure, quibus ut Ulp. doli præstatio inest, nempe non objectâ. Quin exc. doli prodesset ita ipsi qui dolum admittit, onerosius contra reo dolum passo foret iudic. b. f. ob uberiores præstationes. Actam insignis efficaciam mentio in genuino loco utiq; fieret. Atqui generatim non is except. usus contractuum jura & præstationes confundere, formam & qualit. act. augere vel minuere, sed condemnationem excludere. Partem quoque in aliam peccat Faber, dum vult except. quavis objectâ bonæ fid. iudicium desinere, & q. collabi, collapsum deinde per replicationem veluti resuscitari.

CVII. Dixi LIBERA POTESTAS. Non sanè absolute (infinita licentia, quam Seneca arbitro tribuit *vid. j. thes. 114.*) sed intra modum ac regulam b. fidei inclusa ut benè Don. quatenus indulget actionum natura. Quæcunq; enim

Judicis vel alterius cujusvis arbitrio concessa, maximè in b. f. judiciis (in quibus ubiq; arbitr. pro b. viri arbitrio haberi Ulpian. & Proculus testantur, idq; bonam fidem exigere Paul. scribit) non in meram ejus voluntatem, sed quasi bono viro commissa censentur. Et ut ex Cavalcano non inscitè Toming. non arbitrio capitis, sed per jus commune regulato vel, ut Scaccia, ad naturale dictamen rationis restricto. Vulgò hoc appellant laxius judicis officium. Non id merum plenum & planè liberum, ut arbitri ex compromisso aditi, cui sive æquum sive iniquum statuerit, pareri debet. Sibi enim impu- tet qui compromisit. De quo nec alio Senecæ & Cic. loci accipiendi vid. j. th. 114.

CIIX. Hinc verò opposito act. generi stricti juris nomen inditum arbitratur Donell. quod in illis potestas judicis non libera sit, sed certis vinculis inclusa, adstricta & conventioni & partium petitioni. Itaq; verbum *juris* exponit, i. e. *potestatis*, sicuti cum quidam sui quidam alieni juris dicuntur. Confir- mans id 1. ex natura oppositionis. 2. usu juris quia eadem di- cuntur stricta judicia & act. stricti judicii. 3. loco Senecæ quem tamen huc non quadrare j. th. 114. dicitur.

CIX. Longè sanè hæc acceptio sanior est vulgari ea, verba *stricti juris* de rigoris prædurâ interpretatione, verbis et- iam contra b. & æquum tenaciter in hærente, intelligente, vid. s. th. 73. Sed & illi Hot. Charond. & Borch. preferenda, quod strictè act. formulæ adstrictus Judex ab eâ nec latum un- gvem discedere possit; quæ & ex superioribus convellitur & rarissimè jus pro formula sumitur. Isti quoq; à Bocero relatæ quod strictâ & angustiore b. f. contrahentium constituentur. Et juxta illam Don. expositionem rectè statuta dicentur stri- cti juris, sicuti & Commissiones vulgò sic usurpantur, quia fas non est ultra terminos rescripti egredi.

CX. Potius tamen placet sic dici, ceu Anton. Fab. in- nuit, quod ex stricto obligationum jure pendeant ac æstimen- tur. Sive quod judex adstringatur legibus contractuum par- tiùmq; conventionibus: Ut jus non vulg. acceptione deno- teretur ll. publicarum, sed privatarum. Pacta enim dant legem ac conventiones sunt & vocantur ll. privatæ. Et Cornific. vel
quis-

quisquis auctor libb. ad Herennium (Ciceronis enim eos non esse vel stilus arguit, nec magis illi convenire quàm generoso equo macilenti asini clitellus ait Franc. Florid. Sabinus) constare jus ex pacto scribit: Nihilq; crebrius quàm pacta leges appellari. Id unde Donell. Fortun. Garcia & M. Delrio sequuntur nec hujus loci est. Quò facit quod Boëtius: *Judicem strictas inter litigantes pactiones sequi*. Strictiùs quippe obligationem hïc metiri decet ex eo, quod aut lingua nuncupatum aut apertè actum est. Neq; tamè verba captantur aut potius quid dictum quàm quid actum sit spectat hïc Judex vid. *J. th. 121*. Sed nihil præter verba & mentem de qua constat inducit, quia hæc negocia sui naturâ largiorem interpretationem respuunt. Stricti itaque juris act. non aliæ quàm quæ ex contractu vel quasi ut condictio indebiti, pactionibusve aliis. Reliquis enim etymon hoc non congruit.

CXI. Notatu hïc non indignum, quod nec dum cuiquam traditum novi; Cum bonæ fidei appell. contractibus, non minùs quam judiciis usu juris æquè frequenti accommodetur: Contractum tamen stricti juris nullibi, credo, in libris nostris (locus sanè studiosè pervestiganti nullus occurrit) leges, non bonæ fidei autem reperies. Non renuo sanè docendi causa hanc appell. retineri posse, neque enim planè incommoda. Forsan tamen aptiùs actio quàm contractus dicitur stricti juris; Siquidem dum contrahitur liberum est ei, qui alterum sibi obligare intendit verba cautionis latè concipere ut Celsus ait, ac juxta consil. Juliani commodissimè componere ut quæ specialiter comprehendendi possunt, contineantur. Neque necesse est ut arctis ea finibus strictius includat. Sed posteaquam jam contractum est, si ad Judicem eatur huic eos ipsos fines ac terminos, quos sibi posuere contrahentes, egredi non licet. Quod si cui Don. superior interpretatio placeat, ea certè contractibus non conveniet.

CXII. Dixi *JUDICI*. Quo verbo non pedaneum solum à Prætore vel Præsede datum complector, cui notio, sed & magistratum cui jurisd. erat. De hereditatis enim petitione Centumviri cognovere præsidente Prætore vid. *S. thes. 96*. Et provinciarum actores crebriò Judices vocantur in *C. Th.*

quod Marc. Veller. observavit. Quin imò Imp. ipse max. Judex rescripto quodam vocatur, quem & *δικαστὴν μέγαν* ab Aristide dici notavit Phil. Berterius. Nec certè, quicquid contra nugetur Hortens. ex personâ locove judicantis, tribunali infederit is sellæve curuli, an inferiori subsellio, collatitiôve scamno aut fortuito cespiti, alia actionum natura judiciive exitus. *Confer. s. thes. 96.*

CXIII. Dixi *ÆSTIMANDI*. Hinc & quia judex arbitrari in his judiciis dicitur, & arbiter quandoque usurpatur, Don. & alii ea in specie *arbitria* vocari autumant. Sed nihil in eo horum judiciorum proprium, quin nec commune solùm cum arbitrariis, ut Vult. Hot Sigon. Ant. Gvibert. &c. Nam & arbitros & arbitria in fideicommissis dixere Valens & Africanus; & in aq. pluv. arc. act. Paulus & Alfenus itémq; M. Cicero, præsertim in Fin. regund. judicio idem Cic. & juris auctores passim. Ac judicia & arbitria indifferenter ac promiscuè accipi Duar. statuit & Charond. Qui licet in eo à Menoch. notetur, veriss. tamen est varias pro re subjectâ arbitri acceptiones esse, quas Paurmeist. persequitur & ipse alibi attigi.

CXIV. Locus fanè Senecæ quem Don. Hot. Ræv. & cæteri ad hæc judicia detorquent, quo *infinitam licentiam* arbitro tribuit, *cujus libera sit & nullis adstricta vinculis religio &c.* non de alio quàm qui ex compromisso aditus, exaudiendus. Id auctorem ipsum intuenti & expendenti ejusd. sententiam tam clarum puto quàm quod clariss. Judex enim illic arbitro oppositus dicitur quoq; in ex conducto aut locato actione &c.

CXV. Nec meliùs alius Cicer. locus dum ait: *Judicium esse pecuniæ certa, arbitrium incerta, & mox: Quid est in judicio? directum asperum simplex &c. quid est in arbitrio? mite moderatum &c.* bon. fid. judiciis à plerisque accommodatur. Imò si per *arbitrium* illic judic. bon. fid. intelligas, sententia reddetur & minimè sibi ipsa constans & falsissima; sive verba per se attendas, sive Tullii mentem, sive jus constitutum. Ad arbitrum dicit Cicero hoc animo adiri, *ut neque nihil, neque tantum quantum postulavimus, consequamur.* Veriss. hoc in Compromissis. At num hoc animo agens ex vendito e. g. judicium instituit? Absurdè. Imò omne quod intendit sæpius consequi potest
ex na-

ex naturâ obligationis, & plura insuper ex officio Judicis. Num vero *mite & moderatum* omne bonæ fidei iudicium? An non paulò inferius dicit ipsèque Cicero: *Si qua sunt privata iudicia summæ existimationis & penè dicam capitis hæc tibi videntur? tria hæc sunt: Fiducia, tutela, societatis.* Mitto hæc reliqua. Et verè ostendit A. Fab. falsò asserti quod in bon. fid. & arbitrar. iudiciis omnia tractentur mitiùs.

CXVI. Dixi *EX BONO ET ÆQUO*. Quod etsi per se differ. à bonâ fide rationem habeat, ut *ſ. thes. 81.* hoc ipsum tamen hîc bona fides efficit, ut præstari debeat quod æquum & bonum. Ut hæc præstatio, ratione partium, seu æstimatio ratione Judicis sit b. f. effectus, ut non malè Don.

CXVII. Quia autem æquum & bonum moderamen quoddam ac temperamentum legitimi ac scripti juris, rectè dicemus neque constit. ullis, neque juris auctorum qq. satis decisum haberi, quid quantumque in quavis bon. fid. actione præstandum, sed id omne ex re discreto Judici æstimandum esse. Atque hoc est quod Orator princeps idemque J. C. nulli ætatis suæ facilè secundus M. Tullius ex Q. Scævola sententiâ scribit: *fidei bonæ nomen manare latissimè, idque versari in tutelis societatibus &c.* In his magni esse iudicis statuere, id est, perspicacis, in jure usûque iudiciorum versati. Paulò enim ante dixerat quid sit benè agi magnam quæstionem esse. *præsertim* subdit, *cum de plerisque essent iudicia contraria.* Quæ nolim cum Duar. & Donell. sic explicare, quod variè de iis Judices sentirent, iudicarent, aliud alii videretur; Sed cum Hot. & Charond. de contrariis act. directis oppositis. J. C. tum enim loquentem inducit, Cic. proinde verba juris usurpantem. Sensus autem non is quem Don. insectatur, quod contrariæ act. peritiorum iudicem desiderent quàm directæ: sed quia litigantes à se ipsis invicem quid ex b. f. petunt seu quia in his mutua præstationes, ut propterea iudici æstimandum sit non solùm quid actori reus, sed & quid hic illi debeat.

CXVIII. Etsi verò rectè Donel. ætate Cic. hanc rem ob- scuriorem, nondùmq; quid de hoc certi jure scripto proditum fuisse. Postea J. C. torum interpretatione ac industriâ omnia dilucidiora reddita esse. Neq; tamen vel nunc omnia omni-
nò sic

nò sic definita, ut nihil discreti judicis arbitrio relictum videatur. Perpetuum enim illud Scævola: *Quæ consistunt in equitate, de iis nihil in perpetuum neque generaliter definiri posse.* Equidem plura etiamnum in conjecturis, quæ ex facti circumstantiis desumuntur, consistunt; eaque pro negot. varietate diversimodè Judex definiat oportet. Quomodo in simili Justin. modum sanè & regulam ineundi rationem ejus quod interest nova sua lege explicavit: nec ideò minùs adhuc quatenus cujusque interfit in facto consistit.

CXIX. Superfunt verba postrema: **QUANTUM ACTORI RESTITUI DEBEAT.** Id verò quid, & quænam in eo b. f. & stricti juris act. differentiæ? Innui nuper exactè tradi non posse. Ambigi tamen nequit, quin quæ Jcti de hac parte variis locis prodidère ad certa genera revocari possint. Et sciùs quàm alii revocasse videtur Donel. noster, etsi non planè absoluta sit ejus tractatio, neque ad eam omnes differ. referri queant. Eas sanè veteres, noviorumq; plures confusè, ordine nullo, cumulant, quæ & ad tria capita aliquomodo distinctiùs remittit Vultej.

CXX. Generale autem hoc plerique discrimen tradunt, unde alia dependere existimant: In stricti juris act. spectari solum quid verbis conventum, quid lingvâ nuncupatum; ad ea judicis potestatem adstringi, ut nil suppleat vel addat ultra quàm verba contrahentium præscribunt. Illa strictè & q. ad vivum refecari, nec interpretationem ullam admitti. In b. f. v. act. largius officium esse circa ea quæ verbis conventionis omissa ex æquo & bono supplenda, si verisimiliter placita & acta sint, ut non tam exactam juris rationem & verborum subtilitatem quàm contrahentium animum ex naturali simplicitate ac bonitate æstimatum judicem sequi deceat.

CXX. Ast immò perpetuum est illud Papin. *in conventionibus voluntatem potiùs quàm verba spectari.* Neq; b. f. negociis proprium est ut consensus re & facto declaretur. Sed generatim *in contrahendo quod agitur, pro cauto habendum est,* ut de mutuo Pompon. Neque, quod Ant. Fab. facit, secernenda hic stipulatio, in qua ex verbis expressis; à mutuo & contractibus innominatis (quos strictos ille sed malè censet) in quibus ex traditione aut facto obligat. metiamur. Nam & de stipulat.

pulat. separatim & de eâ ac cæteris contractib. testatur Ulp. nos sequi quod actum sit. Ac Justin. Imp. de stipul. ac omnib. contractibus: *propter nimiam subtilit. verborum latitud. voluntatis contrahentium impediri non debere.* Quin ubi Paulus conventiones etiam tacitè valere docet, exemplo mox stipulationis idem comprobatur. Ac *plura stipulationib. etiam tacitè inesse* ex Scævola Ulp. *ac latius verba accipi* Pompon. auctor est.

CXXII. Attenditur ergò in quibusvis contract. regulariter & nisi quid aliud impediatur quod actum i. e. de quo sensum vel cogitatum. Sic n. Marcell. *de quo cogitatum id in stipul. pro expresso haberi modo* (ut Ulp. de transact.) cogitatum esse doceatur ut de eo iudici liqueat.

CXXIII. Constare v. id potest *vel ex conditione negotij s. naturâ rei gestæ.* Hinc est e. g. quod stipulatio dotis causâ facta in se conditionem habet si nuptiæ fuerint sequutæ, quamvis ea non expressa, ut Ulp. Ideòq; ante nuptias malè petitur, ut Paul. q. inquiring, de hoc expressum fuisset. Hinc in mutuo id agi intelligitur, etsi non caverimus ut eiusd. generis & ead. bonitate solvatur. *Vel ex conventionem præcedente.* Unde plerumq; quæ præfationibus convenisse concipiuntur, in stipulationibus repetita creduntur. *Vel ex consuetudine provincie.* Licet n. Ulp. ea quæ moris sunt & consuetud. in b. f. iudic. venire, ne tamen arguas inde cum Don. & Gifan. ideo in strictis non præstari. Idem n. Ulp. alibi in stipulat. si non aliunde appareat quid actum sit id sequi nos quod in regione frequentatur. Et Consuet. hæc in legatis & constit. servitute exquirenda. Ei n. se contrahentes accommodare voluisse creduntur, si nihil contra specialiter exprimat. Etsi enim quod Don. objicit, fieri possit ut de illis ab hominib. morum imperitis non cogitetur; paria tamen sunt scire ac scire debere; & uti ll. patriarum ita & morum ignorantia improbabilis. *Vel usu in secuto* ut si semisses usuræ pmissæ & per plures annos minores præstitæ. Creduntur n. opinor exinde hoc initio egisse contrahentes & insequens usus verborum ampliorum vim q. restringit. *Vel deniq; si honestas svadeat* ad evitand. absurdum. Sic ædium usum sibi stipulata mulier etiam marito stipulata intelligitur, ne aliàs matrimonio illi carendû sit, & vicissim.

F

CXXIV.

CXXIV. Neq; ideo tamen, quia in omne judic. venit quod actum est, nihil b. f. act. proprium superest, ceu infert Galeſius. Diverſa imò in multis ratio adhuc. *Sive respicias præstationem eorum de quib. initio convenit.* In ſtrictis n. uſuræ ex pacto nudo non exiguntur. Neq; etiam alia in contin. adjecta iis eod. modo ut b. f. judic. inſunt. Nec b. f. contractus nimiam inæqualitatem aut iniquas convent. patiuntur, veluti ne re evictâ pretium reddatur. *Sive qua poſtea re contractâ evenerunt.* Except. n. in b. f. judic. inſunt etiâ non objectæ ac ne allegatæ quidẽ à judice, ſi illi aliàs conſtet, ſupplendæ, in ſtrictis v. initio conſtandæ. *Sive qua ex officio judicis accedunt* ut in b. f. judic. veniunt uſuræ & fructus etiam citra morâ pendentes adhuc &c. & ex juſtâ cauſâ ante diẽ ſolutioni dictũ cautio interponenda, & alio etiam quàm quo dari convenit loco propriâ act. agi poteſt nec arbitrariâ opus eſt &c. *Sive admiſſa circa contractum ejusve executionem vel rem qua in oblig. eſt.* *Quæ ſunt: Dolus, Metus,* qui ſi cauſam dent b. f. contractui ipſo jure eum irritant, ſi incidant judicij ipſius æquitate vindicantur. Unde tam act. quam exc. doli eis ineſt, atq; hinc de dolo defuncti heres in ſolidum, non quatenus ad eũ pervenit pro parte tamẽ eâ quâ heres eſt, tenetur. *Culpa, Mora, Contumacia.* In quib. non uno modo variant b. f. & ſtricti juris judicia, tum aliàs tum quoad æſtimationẽ rei ineundam ſive jurejur. in litem ſive abſq; eo cum quæritur cujus temporis ratio habenda. Atq; ea quidem & quæ plura reliqua ſunt, pertractare hîc malleſſem quàm telam abrumpere. Sed quia nunc quidem temporis ratio aliud non fert, juſto illa operi & peculiari forſan etiam interim diſquiſitioni reſervans

*ſpaciis exclusus iniquis
Prætereo invitus præſensq; in tempus omitto.*

Coro-



Coronidis loco subnecto

seqq. de singulis propè bonæ fi-
dei negotiorum speciebus.

1. *Factu retis emto si quid pretiosi inciderit emtori debetur.*
2. *Fide de pretio habitâ in creditum non itur.*
3. *Die Locationis exeunte conductor expelli potest si alteri dominus loca vit et si ille eand. conditionem adferat.*
4. *Contractu hoc etiam in scriptis habito tacitæ reconducti: locus.*
5. *Conferens operas finitâ societate sortis non fit particeps, sed nec damnum sortis amisse ad eum pertinet.*
6. *Potest testator heredibus precipere ne dividant bona usq; ad certum tempus. Itémq; ut in societ. ad tempus coitâ perseverent.*
7. *Mora Emphyteutæ celeri satisfact. jure Civ. purgari nequit.*
8. *Si heredes petierint renovationem investituræ postea diviserint Emphyteus in duplex laudemium non solvunt.*
9. *Permutatio est etiam si ex altera parte cum re pecuniâ detur, nec spectatur excessus rei vel pecuniæ.*
10. *Potest qui rem estimatam vendendam accepit, sibi eand. retinere si estimationem conventam solverit, licet res pluris sit. Nec si pluris vendit id restituit, attamen res periculo ejus est ac perit.*
11. *Assecurationis contractus, hodie in emporiis maritimis frequens, nudo quidem consensu inicitur at generi do ut facias propior videtur quàm Emptioni venditioni. Idémq; bonæ fidei est.*
12. *Sponsionis cōventio quò referenda ambigi potest. Videbimus.*
13. *Mandatum dotis constit. morte non expirare rectè constitutâ est. Quod ad pias causas haut temerè nostri produciunt.*
14. *Commodari possunt etiam quæ in jure consistunt.*
15. *Depositum quod Confessionatum vocant eodem jure censetur quo verum.*
16. *In sequestrum præscriptis verbis actio non datur.*


17. Cre


17. *Creditor deteriorationem rei pignorate qua absq; culpã contigit non prestat.*
18. *Dotes constitui ex usu est Reipublicæ.*
19. *Dos ob inopiam repetita reddenda ditiori reddito.*
20. *Dos in diem certum promissa et si uxor ante diem moriatur, nõ minùs legibus patriis aut jure municipali acquiratur Marito.*
21. *Non omne nominum periculum est tutoris, nec si ipse contraxit, nec suspitione is vacat si fœnerationem (justam intellige ac legitimam) prætermiserit.*
22. *Negotiorum gestor levis. culpam prestat.*
23. *Funeris causã dote potior est.*
24. *Benignius & equalitati propius rem sorti committere quã si major fratrum dividat, minor eligat.*
25. *Etsi per 30. pluresve annos quidam in communione manserint, ad divisionem tamen præscript. non obstante rectè provocant.*
26. *Precarium est etiam rerum mobilium.*
27. *Possessor à quo hereditas evincitur ad inventarij pariter exhibitionem & jusjurandum non adigendus.*
28. *Prior investitus potior eo cui posterius res tradita.*


Parergon.


Tribonianus benè de jure Civili meritis,
neq; interpolando Jctorum veterum respon-
sa peccavit.


F I N I S.














00 A 6420

ULB Halle 3
002 928 000



11

110 17



Misce

Jurisdic
Servitut
Ad L. tran
Transact
Jure Em
Bona fide
Servitut
Principis

VALEN

Questi
rum
des

De Pa
pobres
De rep





10

AVSPICIO DEI TER OPT. MAX.
Scitu & auctoritate Ampliff. Jctorum Ordinis in illustri Salanâ.

Vt mori majorum statutorumq; præscripto pareatur.

DISCEPTATIONEM

De

BONÆ FIDEI
JUDICIIS.

*Pro ingressu, seu, ut vulgo, pro Loco in florenti-
tiß. Facultate Juridicâ consequendo*

Publico examini subijciet

OSVALDUS HILLIGERUS
J. U. D. & P. P.

Addiem 28. Septemb.

*In auditorio Jctorum horis à sextâ
promeridianis.*

J E N Æ

Typis Johannis Beihmanni.

Anno M. DC. XVI.

